COLAI

PERA.

MUS V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani

Henrici Nicolai

1. Theologiae Epitome.
2. Exercitatio de Methodo Trinitatis.
2. b. Rotgeri zum Bergen Epistolium ad Henricum Nicolai.
3. Exerc. de Medio Religioso et Theologico.
4. Ex. de Conciliatione Enunciatorum.
5. Miscella Theologica.
6. Ex. de non liquendo.
7. Irenicum defensum et explicatum.
8. Irenicum defensum et explicatum continuatum.
9. Exercitatio de Ahasvero Esthera.
10. Exerc. de Symbolo Athanasii.
11. Erklärung der Schrifft im Prediger Salomo IV. 4.
12. Tractatus de Pace, Editio emendata.
13. Protestatio super nova Editione Tractatus de Pace.
(14. Georgii Rheti Viduae Reprotestatio antecedenti Protestationi opposita)
15. Protestatio defensa.
16. Oratio de Philosophiae Studio cum Theologia conjungendo, praemisso Programmate.
17. Cursus Philosophicus.
18. Exercitatio de Subjecto et Adjuncto.
19. Exerc. de quotidiana Telluris revolutione.
20. Ex. de Astrologiae Veritate, licitaque apud Christianos ratione.
21. Tr. de Modis praedicandi.
22. Tr. de Comparativarum Enunciationum expositione.
23. Rotgeri zum Bergen Res sacra Amicus sive Epistolium ad Henricum Nicolai.
24. Godofr. Lameli Hymenaei Tumulus.

D. O. M. A.

DE

PANE.

us naturâ, usu, affectionibus;
erationibus, diuisionibus & varietatibus

ractatus singularis

heologicus, Philosophicus,
Medicus, Historicus & Philologicus
Lectu utilissimus, jucundus &
necessarius.

AUTHORE
ENRICO NICOLAI,
losopho & Theologo. Apud Elbingenses
Theol. & Philos. Professore Honorario

EDITIO SECUNDA,
Priore auctior & limitatior.
Ab Auctore revisa, aucta, mutata.

DANTISCI
Typis Viduæ GEORGII RHETII.
ANNO à partu Virginis Matris M DC LI.

EPIGRAMMA IN TRACTATUM DE

PANE,

Clarissimi, Excellentissimi VIRI,

Dni. HENRICI NICOLAI

Theologi ac Philosophi eximij,

P. P. Honor. Amici Colendi.

Theiologi quidquid cõprendũt nomine Pani,
Id de Pane docenti adfluat omne TIBI!
Lætitiæ in Cœlis tandem sine fine manũti
Autor edat panem! Sint rata vota, DEUS!

Faciebat

R. Z. B. R. S. H. L.

DE PANE EJUSq; NATURA.

Exercitatio singularis.

SECTIO PRIOR.

De Pane in communi.

Thes: I.

Vilescere plerumq; solent usitata: & in contemptũ abeunt, quæ quotidiana subministrat frequentatio. Omne ignotum pro magnifico est, *ait* Historicus in vit. Agric. §. 10. *Et extranea pro mirabilibus accipiuntur. Immortalia DEI beneficia, quia quotidiana, plerumq; nulli agnoscunt: ac sæpè atro ea ingratitudinis calculo incuriosi mortales exputamus.* Hominem nasci, *nutriri, augmenta capere, vera Naturæ miracula justis æstimatoribus habentur. Quia quotidiana ac usitata, non intelligendi perspicaciâ, sed sentiendi aßiduitate contemnuntur.* Pane *nos saturari, nutriri, vitam trahere, nec aßiduo usu in fastidium venire, digna profectò admiratione res est. Sed quia quotidiana, vulgi æstimationem non accipit. Quos labor, virtus, ac solidior rerum notitia vulgi se trevit consortio, ultra vulgum sapere oportet: nec agnoscere tantùm panis beneficia, sed discutere. Vt panis corpori alimenta ministrat: sic vegetis ingeniis summam cognoscendi voluptatem literariæ discußiones adferunt. Turpißimum etiam, panes quotidiè consumere, & panis naturam ignorare. Assumat hujus & sequentis apparatus exercitationis noscendam panis naturam, & miracula decoris mensarum ac vulgatißimi hominibus cibi* Cum Deo *expediat.*

2. *Consideratur panis,* vel *ut è frugibus & aquâ materiam naturalem habet: Ita Physiologicæ considerationi subjacere, queat:* Vel *ut massa peculiari artificio ad certam consistentiam ut cunq; cocta est. Ita pistoriæ arti subjicietur:* Vel *ut à DEO benefactore suppeditatur homini, & cum gratiarum actione benedicitur, & cum benedictione in usum sumitur. Ita Theologiæ subjaceat, & in explicatione Orationis Dominicæ inter alia mentionem inveniat:* vel *ut temperatè in usum sumendus, in sustentationem naturæ non gravamen, Ita Ethico in temperantiâ aliquid tractandum suppeditet:* Vel *ut Medicandi usum sustineat, aut in justa Diætâ ad sanitatem tuendam eligendus veniat, ita Medicus eum discutiendum assumet:* Vel *ut certo pondere, figurâ, qualitate, valore pretio conformandus veniat, aut poscente neceßitate certâ mensurâ viritim per dies distribuendus. Ita Politico in statu sagato aut togato materiam aliquam considerandi suppeditet: Velut thema simplex est, thematicè per*

 com-

competentes notionas Logicas ordine pertractabile. Ita Logicus in tractatione Thematicâ partis primæ suæ operationi eum arroget: Vel deniq; ut natura ejus, usus, affectiones, & miracula in genere & specie deducuntur, varia eum attinentia problemata discutiuntur, cæteraq; naturam ejus concernentia per lustrantur. Ita Physiologicæ mixtæq; tractationis sit, nostræq; speculationis erit. Nec uni disciplinæ præcisè addici potest.

3. Circa nomen panis excutiendæ quædam præveniant, priusquam in tractationem ulterius condicamus. Distincta enim meliùs servantur confusis. Nec fas est ad rem tractandam decurrere, nisi vocis significatis primùm exhibitis, & ambiguitatibus detersis. Varia significata vocabulum panis habet. Quædam Theologicas, alia Philologica. alia Philosophica, quæ paucis perstringenda. In sacris occurrit panis synechdochicus, Metaphoricus, Metonymicus, & proprius. Synechdochicus 1. Pro omni cibo, qualiscunq; ille sit. Sic Esai. 58. v. 7. Frange esurienti panem. Deut 8. v. 3 Non solo pane victurus homo i. e. cibo. Sic panem cum dolore commedere. Psal 127. v. 2. D. Finckius p. 1. Sched. 3. hoc signignificatum negat, argumento locorumq Lev. 2. & 3. & Luc. 24. Ubi vox panis de solo pane, azimo vel fermentatio, usurpatur. Sed à particulari hoc procedit. Posito: in illis locis vocem panis non omnem cibum notare; in aliis tamen, ut allegatis, notat. 2. Pro omni apparatus convivij alicujus, Gen. 43. v. 31. Exod. 18. v. 12. Luc. 14. v. 1. 3. Pro omni victu ad vitam necessario, etiam potu, vestitu, & cæterâ vitæ substantiâ comprehensis. Sic meretrix perdit panem. Prov. 6. v. 26. id est, substantiam & bona alicujus. Iactabundus pane caret. Prov. 12. v. 9. id est: necessariis vitæ. Ita Germani, einem zum Brodt helffen/einem vom Brodt helffen/ pro necessariis ad vitam sustentandam dicunt. Ita in oratione Dominicâ panem quotidianam rogamus. Metonomicus panis est, cum pro frumento terræ sumitur, unde panis paratur. Sic de terrâ oritur panis. Iob. 28. v. 5. Panem ex terrâ educit Deus, Psal. 104. v 14. Terra panem ad edendum sufficit. Esa. 55. v. 10. Navis mercatoris panem de longè portans. Prov. 31. v. 14. id est, frumentum. Metaphoricus est, cum sumitur 1. pro Mannâ, quo Israëlitæ in deserto cibati sunt. Hoc vel panis absolutè dicitur, ut Exod. 16. v. 8. 12. 15 22 32. Vel cum additamento panis de cœlo, c. l v. 4. cœlestis. Psal. 105. v. 40. panis Angelorum. Psal. 78. v. 25. ut vulgatus & Lutherus reddiderunt, vel fortium s. robustorum, ut Hebræum habet, vide & Sap. 16. v. 20. Non quòd angeli eum comedant, aut olim comederint, ut quondam delirârunt, qui angelos finxerunt corporeos. Nihil n. Spiritus comedunt. Iudic. 13. v. 16. Tob. 12. v. 19. Aut quòd è loco sedeq; angelorum demissus sit, ut Chaldæus Paraphrastes in Psal. 78. vult: Ex nubibus enim demissus est, non cœlo angelico, Psal. 78. v. 23. ubi vox שְׁחָקִים nubes innuere ex

re ex Psal. 89 v. 38. *patet, ubi arcus ætheris s. iridis est mentio, qui in nubibus, non in cœlo angelorum, ut de mannâ copiosiùs disputare solet*: Sed vel *ad notandum angelorum ministerium, quo interveniente panis iste formatus & Israelitis suppeditatus fuit, ut* Iunius in h. l. *vult: quomodo in lege Iudæis dandâ angelorum intercurrit ministerium*. Act: 7. v. 53. Gal: 3. v. 19. *ut quidam explicant*: v. Cor: à Lap: in h. l. *Ubi alij præsentiam & agmina angelorum, quibus præsentibus lex data, intelligunt, non concurrens ministerium, ut* Iunius l. 1. parall. sacr. n. 92. l. 3. c. 2. Vel *panis istius vigorem & efficaciam propriam denotandam, quâ tantæ fuit efficaciæ, ut integras in deserto hominum vires conservare potuerit, ne senio fatigarentur, sed vegeti instar angelorum permanerent. Sic Caleb*, Ios: 14. v. 11. *Moses*, Deut: 34. v. 7. Vel *hominum judicium, quo panem cœlo & angelorum velut sede labi æstimarint*: Vel *excellentiæ & nobilitatis attributum, quo tantæ præstantiæ fuisse innuatur, ut si angeli aliquo pane vesci voluerint, eò maximè usi fuissent. Quomodo panem regium vocamus, quòd regibus sit dignus; &* primarium, *quòd à primoribus Dominis adhiberi per nobilitatem suam mereatur*, Herrenbrodt/: *Et* secundarium, *quòd inferioribus hominibus usurpari mereatur. Sic* Horat: l. 2. ep. 1. Vivit siliquis & pane secundo. *German.* Haußbrod. *Sic panis desiderabilis.* Dan. 10. v. 3. *quòd desiderari mereatur*: Vel *deniq; typicum adumbrationis mysterium, quòd panem vitæ, Christum, significârit, qui angelis omnibusq; beatis cœlestis est alimonia, in vitam æternam eos conservans, ut explicat* Hyron. in. h. l. 2. Pro *sacrificiis DEO offerendis. Sic panis lugentium*, Ose. 9. v. 4. *id est, sacrificium lugentium, quod comedere vetitum erat*. Deut. 26. v. 14. 3. Pro *illo, quo quis consuevit & frequenter agit. Sic* Prov. 4 v. 17. *panem impietatis comedunt, pro impia facta frequentant*. 4. Pro *doctrinâ & sapientiâ cœlesti. Sic sapientia clamat, comedite panem meum*, Prov. 9. v. 5. Esai. 55. v. 2. 5. Pro *Christo*. Ioh. 6. v. 32. 33. V. ex 2. t. 14. 16. 6. Pro *angustia & tribulatione*, Psal. 80. v. Proprius panis *in sacris pro massâ ex farinâ ad nutritionem pistâ sumitur, ut* Gen. 14. v. 18. Ezech. 4. v. 9. & *passim*.

4. Philologicè *vox panis interdum sumitur* propriè *pro nomine proprio. Ita Mesapiorum quidam Rex Græcis* Ἄρτος *dictus, quem Panem reddiderunt Interpretes* ap. Atheneum l. 5. c. 15. *Ubi ex Demetrio Comico allegat: Ac versus italos Notis faventibus Trajecimus mox ad Calabra littora.* Panis *refecit hospitatus hic benè Nos advenas magnus, lepidusq;, splendidus. Quanquam* Thucidides 3. hist. *Artam, non artum nominat. V.* Casaubon. l. 3. anim. in Athen. c. 25. *Interdum appellativè, ubi vel notat annonam publicam, quam panes civiles leges appellant*, Cod. l. 5. t. 12. l. 31. §. 2. l. 7 t. 37. l. 2. *& annonas civiles*. Cod. l. 11. t. 24. *Interdum omne id, quod loco panis ab hominibus usurpatur, etsi verus proprieq;*

dictus

dictus panis non sit. Sic quidam ex radicibus & leguminibus panes habent, alij pisces siccatos loco panis edunt. V. t. 13. Inderdum Metaphoricè annos vitæ humanæ, quomodo morales Theologi quandoq; panem usurpare solent. Sic Drexelius in tribun. Christi l. 1. c. 3. §. 2. Quàm multi pane primo latitantem mortem glutiunt, alij septimo aut decimo quarto, 21. ant 28. alij, quidam 49. 56. aut 63. id est, annis istis obeunt. Panes pro annis ponens, quia panib. pro servando in singulos annos homine opus est. Quandoq; massam farinaceam à pistore formatam. Et hoc significatum etiam apud Philosophos obtinet, ut aliud vix inveniatur. Deriva.ionem vocis Isidorus l. 20. à πᾶν format, quod vel objectivè explicari potest, quòd cum omni alio cibo apponatur: vel subjectivè, quòd omni homini ordinariè convenit & appetatur, vel perfectivè, quòd omnem reliquorum ciborum perfectionem virtualiter contineat: vel comparativè, quòd omnes cibos necessitate & virtute nutrimenti superes. Alij à Doricâ voce πανὸν derivant, quam Rinthon & Archilochus usurpaverunt, priusquàm Latini nominis aut linguæ notitia ad eos pervenisset, notante Brodæo l. 1. misc. c. 27. Varro à Pane pastorum DEO deducit, qui totius naturæ apud gentiles adumbrator. l. 4. de L. L. quòd primò figuras Panis in panificio mulieres facerent: vel quod primus conspersas fruges coxisse perhibeatur, ut Cassiodorus ap. Brodænm c. l. vult. Alij à pascendo derivant, ut panis quasi pascens vis dicatur, ad pascendum utilissimus iste cibus. Quomodo panem q. πεῖναν ἀνίεντα, famem minuentem, dictam dicit Lamprias ap. Plutarch. l. 8. conu. qu. q 6. Gr: ἄρτος dicitur quasi ἀπηρτισμένος teret ac rotundus, respectu ad figuram mundi, quã veteres observabant, ut Atheneus l. 11. innuit: vel quasi ἄρτιος, vel τέλειος, quia perfectissimus cibus. Vnde gentes quædam sua liugua panem cibum hominum dixerunt. Camerar. gec. 5. Etymol. q. 10. πύρνα, πύρος, à πυρὸς, triticum, frumentum, quia Hippocratis ætate panis nonnisi ex tritico fiebat, V. t. 13. Hebræis לחם à לָחַם, cibum sumpsit, quod præcipuus & universalis hominum hic cibus. Periphrasticè etiam baculus & fulcimentum panis Hebræis dicitur, fulcimentum panis Hæbræis dicitur, fulcimentum n. vitæ est, eoq; ut baculo vitæ hominis innititur. Lev. 26. v. 26. Esai. 3 v. 1. Quidam & pulmentum dici putant. Vt Num. 15. v. 19. 20. Vbi Hebræum עֲרִיסָה Vulgatus pulmentum reddit, quod prisci tàm Hebræi, quàm Romani pultib. pro pane sint usi, unde pultiphagi dicti. Interdum solida farina Poetis dicitnr. Sic Juvenal. sat. 5. Solidæ mucidæ frusta farinæ, pro solidi panis dixit. Interdum Metonymicè Ceres pro pane dicitur quòd, frugum inventrix veteribus credita. Vt in illo adagio Nævij: Coquus dabit Neptunum, Venerum, Cererum. Per Neptunum pisces, Venerem olera, & Cererem, panes intelligitur. Heidfeldius c. 21. sphyng. Veteres & pane genere neutro, pro panis

dixerunt,

dixerunt, ut Taubmannus *ex Meursio* in Curcul. Plauti a. 2. s. 2. *notat. Germanis* Brodt.

5. *Quid circa* nomen *panis discutiendum sit, adhuc visum :* Rem ipsam, *quam panem appellare consensimus, propria absolutaq; definitione promere fortaßi haud facilis res molis sit : Ac facilius eveniat, panes consumere, quàm definire. Conemur tamen utcunq; panis esse delineare, dicamusq; :* Panis est cibus artificiosus, necessarius, & universalis, ex farinâ ac aquâ ad masticabilem consistentiam pistus, nutritioni animalis ex se destinatus.

6. *Evolvamus definitionem per partes, ut essentia panis evadat liquidior. Damus* genus & differentiam. Genus *ut eruatur, quærendum est, panis prædicamentum. Hoc ut inveniatur, considerandum ante omnia est, panem esse corpus artificiosum, non completè naturale : Artificiosa autem duobus prædicamentis aßignari queunt. Substantiæ, ob fundamentum & materiam, ex quâ sunt parata : & qualitati, ob figuram, in quam sunt formata. Sic vestis ratione materiæ in substantiâ locatur : ratione formæ in qualitate. Idem de pane habendum. Fundamentum autem & materia interdum loco generis autificiosis aßignari solet. Sic vestis est corpus adjacens ex panno &c. ad tegendum corpus humanum factum. Mensa est ligneum vel lapideum corpus illum vel istum in finem domesticum paratum. Hic in panis genere dicitur esse cibus. Genus panis remotißimum est substantia : Remotum corpus : propinquum cibus, proximum cibus artificiosus.* Cibus est substantia corporea composita, nutritioni viventium Physicorum destinata. *Unde Scaligero substantia corporis futura definitur.* ex. 39 s. 1. *Medici de escis homini convenientibus agentes, edulium omne id dicunt, quod ob familiaritatem Naturæ substantiam hominis alere, id est, reparare ac augere aptum est. Dicitur & victus, nutrimentum, alimonia, esca, edulium. Interdum cibus & victus distinguuntur, ut cibus quamvis alimoniam notet, sive delicata sit, sive vilis : Victus etiam potum contineat. Sic ap* Livium l. 2. c. 35. *fame se velut hostes peti, cibo victuq; fraudari* Gellius l. 5. c. 6. *Cibus victusq; antiquißimus querceus capi solitus est* Icti *victus nomine etiam vestes, stramenta, omniaq; ad vitam corpusq; curandum necessaria comprehendunt.* V. l. 50. Dig. t. 16 §. 43. 44. 45. *Sed alii distinguunt, & vestitum à victu separant.* Cicer. p Quinto, §. 49. *Victus vestitusq; necessarius sub præcone cum decore subjectus est.* Tacit. in Germ. §. 15. *Victui herba, vestitui pelles, cubile humus. Sic communiter, quæ ad victum & amictum sunt necessaria, dicimus.*

7. *Dicitur* substantia, *id est, res substantiam actu plenè per se habens, citra inhærentiam in aliquo, ut subjecto, quod accidentium prædicamentalium substantiis contradistinctorum est proprium. Ut excludantur accidentia, quæ ciborum propriè dictorum vicem sustinere, solidaq; corpora viventia nutrire non possunt. Sunt n.*

entia simplicia & puræ formæ, non composita & formæ in materiâ, cujusmodi esse debent, quæ substantiam vivam reparare debent. Quæ enim nutriuntur, sunt composita. E. & illa, quæ nutriunt, debent esse composita. Inter nutrimentum enim & nutriendum debet esse proportio & convenientia, Cum iisdem nutriamur proximè, quib. constamus, Et succus alimentarius proximè in nostram substantiam convertendus naturam affinem nostræ naturæ habeat. Refocillare & recreare, mederi & corrigere possunt accidētia: quomodo odores nutrire analogicè dicuntur, & à Pythagoricis dictum est, Arist. l. d. sensu c.5. *Propriè nutrire & in substantiam corporis, quod cibi solent, converti non possunt.* Corporea, *ut innuatur solida & materialis esse, non spiritualis, incrporea, aut substantiæ tenuissimæ. Hæc enim non tàm cibi, quàm medicamenta sunt, nec tàm substantiam materialiter reparabunt, quàm spiritualiter refocillabunt, aut Medicinaliter revocabunt, & ex morboso in vegetum statum reducent. Ita spiritus, extracta, magisteria Chymica parum Physicè nutrient, ut cibus: multùm Medicè corrigent, ut vitales succi, & qui supra Aesculapij artem invidi Iovis fulmen provocent, ut* Barclajus p.2. Euphorm.§.177. *de illis loquitur. Sic exhalationes & evaporationes etsi substantiæ sint: quia tamen subtiles sunt, parum solidæ aut crassæ, in substantiam solidam nutriendi converti non possunt, adeoq; in numerum ciborum non veniunt.* Composita, *ut innuatur, cibum mistam & ex elementis compositam substantiam esse debere; non corpus simplex, quale elementum est, quod, in quantum purum & simplex est, nutrimentum & cibus viventium Physicorum esse non potest. Sic aër, ignis, aqua, terra pura, nihil nutrient, quia nimis simplicia sunt, non compositam substantiam habent. Quod a. alimenti rationem obtinere debet, tale sit, ut ab ipso per calorem naturalem secerni in coctione queant excrementa; hæc autem â simplicibus corporibus secerni ne queunt, quia nullæ in ipsis sunt: sed â compositis. Terram quædam animalia in cibum vorant, ut serpentes, lupi, & alia: sed ea non pura & mera est: Sed aquis, herbis, halitibus & vaporibus permista, & terra limosa s. lutulenta, quæ varia insectorum ac plantarum semina continet, qualia serpentib. cibi esse possunt. Et hoc notat vox Hebræa* עָפָר Gen.3. v.14. *Vnde cibus & nutrimentum esse potest. Aëre nonnulla nutriri scribuntur ab Hippocrate & Galeno: sed analogicè loqvuntur, & nutrimento omne adjumentum intelligunt, quo spiritus refocillantur. Sic attracto aëere spiritibus auxilium accedit. Et attractus aër non est elementum purum: sed halitibus & vaporibus permistus. Astomorum gentem* Plinius *solo halitu aëris & odore vivere tradit.* l. 7. c.2. *Chamæleontem vento nutriri Idem narrat. Democritum Philosophum odore panis calidi per triduum se sustentasse fertur.* Olympiodorus in Phædon: Platonis *Aristoteli hominem visum refert, qui omni cibo abstineret, & solo aëre ac Sole victitaret. Manucodiata avis & Canis levis solo aëre aut vapore vivit.* Scalig. ex 229. s.2. *In Indicis navigationibus*

animal

animal quoddam Hante vel Hay dictum solo aëre vivere narratur. l. 5. c. 2. *Sed hæc omnia vel fabulis sunt similia, ut de Astomorum gente* Strabo *scripsit: & quod de Aristotele refert Olympiod: Aristotelis doctrinæ expreßè est contrarium.* l. d. sensu c. 5. *Vnde Photius in biblioth. orationem Olympiod: indignâ ait, quæ historiæ annumeretur: Vel contrarijs experimentis apertè confutari possunt. Chamæleon insectis & muscis vivit, quæ lingvâ correpta ad se abducit.* Scalig. ex 196. s. 4. *Idem de cane levi compertum. De Manucodiatâ* Aldrouand. l. 12. Ornithol. c. 21. *refert, quòd rore & animalculis nutriatur. Et* Scalig: ex 229. s. 2. *rore vivere concedit. Democritus recreare spiritus odore panis potuit, & ita ad tempus se conservare, non propriè nutrire. De Haute animali quod fertur, fides penes Authores esto. Rore fortasse vel animalibus nutriri, quàm aëre, est credibilius: Etsi hoc, aëre vaporoso, non puro.*

8. Nutritioni viventium Physicorum destinata. *Hoc ex fine cibi sumitur, qui est nutritio viventis.* Nutritio *est alimenti absumpti similis & solida in vivente Physico restauratio.* Viventium, *quia verum nutritionis subjectum est corpus vivum in genere, seu in quantum tale est. Est enim nutritio actus facultatis altricis seu nutricis, quæ est facultas corporis vivi & animati, non inanimati. Inanimata enim propriè per internam caloris absumptionem, alterationem, elaborationem, & instaurationem, non nutriuntur, quicquid de analogiâ aliquâ talium actuum, quæ in illis occurrit, sit* V. dec. 2. d. 9. t. 19. Viventium Physicorum, *quia non omnia viva nutritione aut cibo egent, ut spiritualia: sic angeli & animæ rationales* c. 3. c. l. *sed physica & naturalia tantùm, quorum calor in humido materiali radicatus quotidiè aliquid absumit & devorat, adeoq; novæ substantiæ suffectione per nutritionem reponi & conservari desiderat. Talia viva sunt plantæ & animalia, quæ ad distinctionem viventium spiritualium physica viva dicimus,* V. c. l. t. 18. Viventium physicorum in genere, *abstrahendo à speciali illorum conditione & gradu, quales in Physicis sunt vita animalis, rationalis vel bestialis, & vita plantæ seu corporis animati non sentientis;* V. c. l. t. 10. *deductum. Nutritio est actus viventis Physici in genere, omni competens, si cætera pariter se habeant, nec impedimenta occurrant, ad tempus nutritionis actum impedientia, qualiter in morbidis, cacochymicis ac ἀτροφίᾳ laborantibus subjectis interdum occurrit. Sic Castalio ἀτροφίᾳ Basileæ obijt.* Eberus in Calend. p. 430 *Et vivum plantale & animale nutritionis est capax, ut alibi pluribus docetur. Dicitur ad ultimum, cibus substantia* destinata nutritioni viventium, *ut innuatur, tale quid esse, quod ex naturâ sui & propriâ habilitate eò aptum sit, ut vivum Physicum nutrire poßit & competenter debeat. Vt distingvatur ab illis quæ appetitu prorsùs distorto aut furioso, vel naturæ singulari & omninò constitutione à quibusdam subjectis in cibos rapiuntur, cum eò nec destinata sint, nec per naturam sui eò usurpari debeant. Vt cum quidem homines araneos vel ut cibos delicatißimos*

vorâ-

vorârunt, alij cicutam, ut anus quædam Atheniensis ap. Galenum 3. simplic. c. 18. *Alij venenis itâ assuerunt, ut corpore venenato essent, ut muscæ ipsis insidentes emorerentur: alij cretam aliavè metallica in cibum verterunt, alij vitra devorârunt velut cibos, alij immanes dapes comparaverunt, ut carnes humanas, filios & filias, parentes, bestias horribiles, nec cibis aptatas, ut glires, mures, canes, &c. à quibus natura rectè se habens plerumq; abhorret; vel ultima necessitas in usum ciborum vertere jubet, cum aliàs nequaquam talia sint, quæ in victum cedant.* Conf. t. 31. *Quidem pannos lineos laneosq;, alij testacea vasa devorârunt pro cibis, ut notat* Septal. in f. 21. probl. Arist. q. 13. *Hæc & similia etsi interdum ab hominibus adbibeantur, cibi Physici & propriè dicti non sunt, sed extraordinarij & singulares: prout & singularia subjecta & casus sunt, in quibus talia edulia pro cibis assumuntur. Quædam pro bestijs cibos suppeditare possunt, non hominibus, ut cadavera humana, aranei, creta. &c. Sic chamæleonti locustæ, formica, musca, aliaq; insecta pro cibis sunt.*

9. *Dicitur ergò panis* cibus. *i.e. substantia corporea composita, nutritioni viventium Physicorum destinata.* Oggeres: *Cibum esse est finis panis. Fines autem rerum nequeunt earum esse genera.* R. 1. Cibus vel *notat id, quo cibamur, sic panis est cibus & hic ejus genus:* Vel *actum cibandi & cibationem, hæc est finis panis, alimentare enim animal debet. Hoc modo non sumitur vox cibus.* 2. *Quædam genera rerum implicitos habere fines nihil absurdi est. Signum a. instrumentum esse finem involutum habet. Tamen quarundam rerum genera sunt. Sic malleus est instrumentum, vox est signum concepta rei, hedera vendendi vini: Notio secunda est signum aliquam operationem mentis dirigens. Sed cum ciborū varia sint genera adjiciuntur adhuc quædam vocabula genus panis ampliùs determinentia, ut constet, ex quo genere ciborū panis sit. Dicitur* cibus artificiosus, necessarius, & universalis, Artificiosus. *i.e. cujus ultimum complementum & forma ab arte sit, non à naturâ. Cibi* alij sunt naturales, *quorum ultimum complementum formæ naturæ suppeditat, ut radices, legumina, poma, carnes, pisces, laridum, &c. alij artificiales, quorum ultima forma est ab arte, etsi materia sit à naturâ. Tales sunt, quæ humanâ industriâ artificialiter parantur, tragemata, placentæ, liba, tortæ, artocrea, hypotrimmata, casei. His ultimam formam humana industria inducit, non coquendo qui assando tantùm, & sic ad manducandum præparando, quod & in carnibus & piscibus fieri potest, qui tamen cibi naturales, & ultimum substantiæ complementum â naturâ habent: sed totam conformationem, cohæsionem & consistentiam suppeditando, quam aliàs sine adveniente artificio non haberent. Sic panis, cerevisia, &c. ultimam completionem substantiæ sine industriâ humanâ, quâ præparantur, adveniente non habebunt. Unde ad distinctionem præcedentium ciborum artificiales dicuntur. Panis ergò etiam cibus artificiosus est, qui ultimam formam per artificium pistorium com-*

para-

paratam habet; à quo ad masticabilem & nutribilem formam redigitur, quàm aliàs sine illo non habiturus esset, ut maximè materiam ex quâ à naturâ habeat.

10. *Dicitur cibus necessarius, non ad solutè & simpliciter, sed comparatè, respectu utilitatis ac commoditatis humanæ, i, e. talis, quo* in vitâ accomodâ planè non, aut ægerrimè carere possumus. *Vnde rari inter populos erunt, qui usu panis in totum careant: Et si sint, aut olim fuerint, qui ignotum panis usum habuerunt,* v. t. 12. *difficiliùs omninò ac incommodiùs vitam duxerunt. Vt distinguatur à cibis* voluntariis aut placitariis, *quos pro placito assumi contingit, ut & omittere conveniat, & quos magis voluptatis, quàm necessitatis, gratiâ assumimus; quales sunt cupediæ, tragemata, placenta, quibus etiam carere possumus, ut satis commodè vitam ducamus. Sic placentarum quædam genera, etsi farina & aquâ cōstent: quia tamen ad voluptatem magis, quàm necessitatem formantur, nec quotidianum illum in vitâ usum habent, quem panis, nec consistentiam eam, quam panis habere solet, nec eam nutritionis commoditatem, quam panis, inter panes rigidè dictos non merentur referri. Etsi analogiam ad eos habere videre videamus.* Univer-salis, *i. e. qui apud omnes aut plerosq; saltem non barbaros usum obtinuerit, & à quovis hominum genere frequentetur. Vt distinguatur à cibo* particulari, *qui vel cuidam hominum generi, vel particularibus nationibus est usitatus. Sic diversa piscium genera in diversis populis pro cibis sunt. Sic haleces Europæis, non Asiaticis aut Americanis, Cuniculi Sylvestres cibos in Batavis suppeditant, non in superiore Germaniâ, aut nostro loco. Sic cibos lautiores, ut perdices, phasianos, turdos, apud opulentiores usitatos videmus: non ita apud viliores & pauperculos. Vnde* Martialis *de Phasianos:* Ponitur Ausonijs avis hæc rarissima mensis: Hanc in lautorum mandere sæpè soles. *Cætera definitionis verba ad* differentiam *panis pertinent, partimq; à materiâ & formâ, partim ab usu & fine panis sumuntur.* Ex materiâ & formâ *dicitur cibus ex farinâ & aquâ ad masticabilem consistentiam pistus. Materia panis est farina & aqua: Sive farina sit nobilior sive ignobilior, aqua vel vilis vel præstans, ut rosacea, violacea, ex condimentis electa, &c. fiet etiam panis pro ejus ratione nobilior vel ignobilior. Farina hîc sumenda generaliter, vel pro farina frumentaceâ, quæ ex frumento molito & in minima redacto conficitur, ut tritico, siligine, hordeo, secali: vel eâ, qua ex fabis, pisis, pultibus, oryza, vel furfuribus vel aceribus commolitis conficitur, ex quibus etiam panes quandoq; confici scimus, & quos panes secundarios ac q. impropriè dictos vocare possumus.* V. ex: 3. t. 12. *Ita barbaros ante inventum panem glandibus usos fuisse notum est. Ita Arcades, quos ideò Plutarchus glandiphægos vocat. Et oraculum de illis:* Glande satur multâ obsistet tibi plurimus Arcas. *Ita Epigramma de illis:* πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανοφάγοι ἄνδρες ἔασιν. *Multi in Arcadiâ sunt, queîs alimonia glandes. Apud Græcos ex*

 hordeo

hordeo primùm panes confecti sunt. V. t. 12. *Imprimis a. hic farina frumentacea in-*
telligenda, hæc enim panem propriè dictum suppeditat : indirectè & per acciden
leguminea aut radicalis, aut similis, hæc n. panem ita propriè dictum non conficit, un-
de nec is primò & directè in definitione est comprehendendus. Forma panis *inter-*
na latet, ut in multis alijs substantiis. Externa est masticabilis illa in eo consistent-
à pistore per coctionem ignis inducta, quâ massa unitivè cohæret, cum ante cocturam
vel pollinis instar dispersa esset, vel ut conspersa farina diffluxura existeret. Finis *pa-*
nis est, ut nutritioni animalis inserviat. Determinatiùs hic dicitur nutritioni animali
inservire panis, non generaliter viventis Physici, quia panis animalibus in cibũ est, non
omnibus viventibus, ut plantis & vegetabilibus, quæ & ipsa aliàs sua nutrimenta &
cibos habent, ut succos terræ, quos attrahunt, alterant, concoqvunt, & per quos aluntur
& augentur: Non autẽ pane utuntur. Unde hic animalibus in cibũ ordinatus est, ut ho-
minibus & bestijs. Sic catelli micas è mensis Dominorũ edere dicuntur. Matt. 15. v. 27.

11. *Ita essentia panis definitione sit expressa. Succedunt* causæ. Materia &
Forma *panis ex* t. 10. *patent.* Finis *panis ultimus est gloria* DEI : *intermedius ani-*
malis nutritio, t. 10. *Inprimis hominis confortatio.* Psal. 104 v. 15. Efficiens est
Vel *prima, DEus & Natura, quæ partim panem è terrà educunt, dum frumenti*
materiam panis, è terrâ eliciunt. Psal. 104. v. 14. *partim Deus, scientiarum & ar-*
tium omnium, ac sic consequenter agriculturæ & pistoriæ Notitiam gratuitâ liberali-
tate Adamo infundens, à quo in posteros est translata : Vel *secunda, homo, qui colen-*
do terram & serendo fruges à terrà accipit, quas in panes ulteriùs elaborando immu-
tat. Proximæ causæ panis pistores, pistrices, Oeconomi, alijq; sunt, qui panem pinsunt
& ad usus mortalium divendunt. Circa hoc illud hic quaritur : Quo tempore u-
sus panis ceperit, & quis primus mortalium panes conficiendos docu-
rit? *Gentes primos homines gladibus ante inventum panem usos fuisse credunt, ut pri-*
mus cibus glandes fuerint, non panes. V. t. 10. *Sic* Plin: præf. l. 16 & l. 7. c. 5
Alex. ab Alex. l. 3. gen. dier. c 11. Ovid. 1. Meta. Arbuteos fætus monta-
naq; fraga legebant. Et quæ deciderant patulâ Jovis arbore glandes
Virgil. 1. Georg : *Cum jam glandes atq; arbuta sacræ deficerent sylvæ, & victum*
Dodona negaret. Prudentius l. 2. c Symmach: *ad prisca tempora alludens: Quid*
sibi aratra volunt? Quid cura superflua rastri? Ilignis melius saturatur glandibus
alvus. Unde proverbium adhuc manet : Inventis frugibus vesci velle glandi-
bus, *in illos, qui melioribus inventis uti renuunt, & prioribus addicti manent.*
βαλανοφάγοι *vel glandiphagi olim Arcades dicebantur, ob stuporem & morum*
feritatem. V. t. 10. *Sed nec glandium usus primus, nec universalis inter mortales fuit.*
Non primus, *quia ex sacris novimus, ante lapsum primo homini herbas, radices, &*
fructus in cibum data esse. Gen. 1. v. 29. *post lapsum jussum esse Adamum terram*

colere, serere, arare, ut ex ejus frumentis magno labore victum sibi compararet. Gen. 3. v. 17. 18. *& tùm panis etiam usus exerceri cœpit.* v. 19. *Ille ad posteros per Cainum, Noachum, Abrahamum &c. inter Hebræos propagatus fuit, & ab his ad primam originem, Adamum & Cainum est deducendus. Vt ita antiquißimus inter cibos acquisitos usus panis sit, non glandium.* Non universàlis *& apud omnes in universum homines usurpatus: Nam apud Hebræos glandium esum in usu fuisse nusquam probari potest. Panum usus fuit, ejusq; quærendi gratiâ Abrahami nepotes in Aegyptum descenderunt.* Gen. 42. v. 1. seq. c 46. v. 1. *Apud alias gentes alia loco panum fuerunt adhibita.* Vel *quia post diluvium propagatâ hominum gente multis panis defuit ob agrorum sterilitatem, nec enim omnis fert omnia tellus:* vel *ob desidiam & ignorantiã incolarum, qui terram colere nesciverunt aut detrectârunt, unde alimentum magis obvium pro commoditate soli & terrarum, quas incolebant, loco panis elegerunt.*

12. *Romani per annos 600. ferè ad bellum usq; Persicum nullos pastores habuerunt, & pulte, non pane, victitârunt.* Plin. l. 18. c. 8. 11 Pulte, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde & pulmentaria hodieq; *dicuntur. Puls enim faciliùs paratur, quam panis: & minore eget industriâ, panis majore: Sic & ampliore spatio ad panificium producendum opus fuisse credibile est: Vnde &* Festus *pistorem & cocũ pro eodem habitum fuisse notat. Postea ex farre primùm panem confecerunt, ut* Ovidius 6. Fastorum *tradit:* Sola prius furni torrebant farra coloni, & fornacali sunt stata sacra Deæ. *Sed cum molarum usum non haberent, fruges igne tostas in pilas conjectas pinsebant, i. e. contundebant, unde Pistores & pisones dicti, qui frumenta contunderent: vetusq; mos duravit, ut ijdem & coci & pistores essent.* Alex. ab Al. c. l. *Neq; tamen peculiares opifices eò destinati erant: sed promiscuum erat, & singuli occupabant, & ipsi Quirites panem faciebant.* Plin. c. l. c. 11. *Apud* Plaut. Aulul. 2. 2. sc. 9. *Anthrax coquus artoptam ex proximo utendam se petiturum dicit, quæ vas erat, in quo panis tortus coquebatur. Id cum in ædibus Quiritium esset, indicio est, ipsos sibi panem paravisse.* Taubm. in h. l. *Metellus panem coctum vendi vetuit: noluit enim curiosè & ab professo opifice panem coctum edi, sed subitarium, & quem suâ manu miles præparasset. Vnde proprium sibi panem coquebant ingenui & cives. Etiam Imperator id interdum agebat: etiam ex novitijs.* Antonius Caracallâ *panem subitarium & oscitanter factum comedebat. Tritico suâ manu molito, quod ipsi satis esset, massaq; ex eo factâ, & in carbonibus decoctâ usus, multaq; militariter egit:* Herodian. l. 4. *Familia Pisonum inde Romæ nomen accepit, quòd pinsendo frumento longo usu exercitata fuerit.* Alex. ab Al. c. l. & l. 1. c. 9. *Interdum in certos homines & velut opifices id rejectũ, ut panes pinserent. Ita Pharao pistorem aulicum habuit.* Gen. 40. v. 1. *Cæsar,* Sueton. in Cæs. §. 48. Domesticam disciplinam adeò severè rexit, ut pisto-

rem alium, quàm sibi, panem convivis subijcientem, compedibus vinxerit. Apud Platonem mentio est Thearionis celebris pistoris Atheniensis, in Gorgiâ, p. mihi 195. Interdum mulierum apud Romanos id opus erat, sicut & nunc in plurimis gentium; ut Plin. c. l. loquitur. Eas pistorices vocabant, Vt Taubm. c. l. notat. Apud Herodotum l. 1. mentio est pistricis Crœsi Lydorum. Regis. F. t. l. 8 uxor Regis Lebæorum panem & cibaria coquit. Leu. 26. v. 26. mulieres Viris panes pinsentes memorantur. In Iure Regis Iudaici, quod Deus præscripsit, inter alia Regem filias Iudæorum in pistrices suas aulicas sumpturum prædicitur. 1. Sam. 8. v. 13. Apud Græcos & Barbaros mulieres coquere & molere solitas Plutarchus in quæst. Græcis attestatur. Etiam hodiernum apud Bulgaros mulieres panes subcinericios, quos fugacias vocant, pinsunt, coqvunt, & viatorib. divendunt, cum pistores apud illos non dentur. Memorante Busbequio epist. 1. Turc. In alijs gentibus alia pro panibus usitata fuerunt. Scythæ Oceani accolæ piscivori sunt. Insulani multi solo piscatu vitam trahunt Canibalis nec panis usus est, nec quod ejus supplementum sit. Scalig. ex. 292. s. 4. Apud Syros panes ex moris sunt, quibus vescentes capillorum defluxum patiuntur. Athenæ: l. 3. c. 18. Argæi, & Tirynthij pyra, Athenienses ficus, Mœotici milium & lotometram, Medi amygdalas, Ichtyophagi pisces, Aethiopes locustas, Indi arundinum fructus, Persæ cardamum, Carmani palmulas, alij alia loco panum usurpaverunt, ut plurib. deducit Alex. ab Alex. c. l. c. 11.

13. De primis panis inventoribus apud gentiles etiam non constat. Prout usus panis inter gentes institui cœpit: ita attributa illi fuit inventio panis, qui primus usum illum docuisset: Sicq; multi apud gentes pro inventoribus panis celebrati, cum unus ad omnes usum ejus deferre nequiverit. Ægyptij Isidi & Osiridi inventionem ejus adscribunt. Diod. Sicul. l. 1. Arcades Arcadi Triptolemi filio ap. Pausani. in Arcad. Athenienses Triptolemo sub Erichteo Rege, qui in tempora regnantis ap: Hebræos Mosis incidit. Justin. l. 2. Strabo. l. 8. Alij Cereri ap: Atticos, Italos, & Siculos. Plinius l. 7. c. 56. Macrobius Saturno ap. Latinos, l. 1. Sat. c 7. Trogus Habidi Hispaniæ Regi ap: Hispanos. Justin l. 44. Aristoteles Atheniensibus tribuit, quòd leges & frumenta invenerint: sed legibus non utantur, sicut frumentis. Po. Virgil. l. 3. d. inu. re c. 2. Possidonius Philosophus inventionem panificij & omniũ artium, quæ in vita usu sunt, Philosophiæ adscribit, & in pistrinum sapientem submittit. Quasi ad exemplum dentium fruges duritiâ suam frangentium, quæ salivæ mista in ventrem delapsæ calore deinceps percoquantur, lapidem asperum aspero imponere docuerit, ut utriusq; attritu grana contrita & aquâ sparsa assiduâ tractatione perdomarentur, donec panis sit fictus, quem 1. testa aut furnus deinde percoquat, ap. Senecam. ep. 90. Sed rectè Seneca c. l. regerit, hoc pacto & sutrinum quoq; sapientum inventum dicendum esse. Omnia ista ratio quidem invenit: sed non recta, i. e. Philosophi-

sophica ratio. Hominis inventa sunt, non sapientis, *non magis, quàm navigia, quibus amnes & maria transimus, quorum exemplum à piscibus tractum est, qui caudâ reguntur, & levi ejus in utrumq́ momento velocitatem suam flectunt. Non ab alijs excogitata hæc sunt, quàm à quibus hodieq́ curantur. Interdum vilißimorum mancipiorum ista commenta sunt. Sapientia altiùs sedet : nec manus edocet, sed animorum Magistra est. Non est instrumentorum ad usus necessarios opifex : sed vitæ artifex cæteras artes sub dominio habet. Deus homini notitiam omnium artium infudit,* t. 11. *Sed alia invenit homo, ut artifex & opifex : alia, ut Philosophus. Non ad opificia aut artes manuarias se demittit Philosophus, sed animi culturam.* Hippias *Sophista* ap. Apulei. 2. florid. *omnia, quæ secum habebat, sibi manibis suis confecerat, & indumenta, quibus indutus, & calceamenta, quibus inductus, & gestamina, quibus erat conspicatus. Sed non hoc in vero Philosopho requirit Philosophia, minùs docebit.*

14. *Invento & in usum deducto apud gentes pane* uter prior in usu cœperit, hordeaceus, an triticeus, *hic quæri solei? Mazam ex hordeo Græci, putiem ex farre Romani primùm usurpârunt.* Vtrum priùs successerit, *quæritur? Ex autoribus hordeaceum primum usurpatum liquet.* Plin. c. l. c 7. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu, Menandro Authore, apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur. *Theocriti Interpres* Idyl. 7. *explicans, cur Poëta* ἀλῶαν εὔκριθον *aream benè hordeatam dixerit, quia videtur primum hordei fructum fuisse repertum, ait.* Dion: Halycarnasseus l. 2. *Græcos hordeum frugum vetustißimum habuisse ait, eoq́ hordei primitias in Sacris dedisse. Si hordeum priùs reliquis frugibus, haud dubiè ex eo primus panis effectus, massa, vel simile quid, loco ejus usurpatum. Ex hordeo Achillejo vocato, id est, magno & optimo, apud Veteres, Græcos & Latinos, primò factos invenio panes, Græcis olim in maximo pretio habitos : Romanis verò, ut* Plinius l. 18. *refert, damnatos, ob id servis & gladiatoribus alendis destinatos, Verba sunt* Mercurialis l. 4. V.L. c. 18. *Inter mazam verò & panem id Græcis intererat, quòd massam ex hordeo, panem verò ex tritico factum dicebant, ut ex varijs Hippocratis locis deducit* Cognatus l. 1. V. obser. c 29. *Panis enim ejus ætate nonnisi ex tritico fiebat. Post Hippocratis tempora primùm panis hordeacei est mentio, ut* Idem c. 28. c. l. *observat. Et tùm sæpè pro mazâ panes hordéacei ab illis intelliguntur, Vt authoritatibus Vetustorum* Mercurialis c. l. *ostendit. Apud Romanos ex farre primus panis paratus, ut* Halicarnasseus c. l. Plin. c l. & c. 8. Ovid. 2. & 6. Fastor. *testantur, eoq́ sacrificia ignea à farre, ut vetustißimo fructu, incipiebant.*

15. *Ita* causæ *panis fuerunt : sequantur* affectiones ejus, usus, & effecta, *ubi & ea discutiantur, quæ circa illa omnia disquiri solent. Panis usus a. est Naturalis*, aut *Medicus*, aut *Ethicus & Politicus*, aut *Logicus*, aut *Theologicus*, aut

Mechanicus. Naturalis est, qui ad naturam servandam roborandamq; competenter adbibetur. Competenter, ut justâ quantitate & qualitate adhibeatur. Quantitate, ne ultra modum ex eo corpus repleamus. Nimia enim repletio panis admodùm noxia est corpori, ut post patebit. Quæritur hic 1. Qualis quantitas panis edendo præscribenda? ℞. Quò major est calor ventriculi naturalis, vehementior exercitatio, robustius temperamentum, & carentia superfluorum humorum in corpore amplior, eò majori copia sumendus panis: Quò illa minora, eò minore. Sic hyeme plus panis sumendum, quàm æstate, quia calor interiùs intentior, validiùs appetit & concoquit, V. Dec. 2. d. 8. t. 7. Qui laboriosis opificijs exercentur, plus panis comedent otiosis ac sedentibus, quia motu plus digerunt. Sic ubi panis cum alimentis multum nutrientibus sumitur, ut carnibus boni succi, minore quantitate sumendus est. Vbi cum minùs nutrientibus, ut fructibus, herbis, piscibus, majore. Quod enim copiæ cæterorum alimentorum decedit, quantitate panis subrogandum. Apud Veteres demensum panis in diem erat chœnix, vel quantum chœnice capiebatur, ut notat Mar. Cagnatus l. 1. d. san. tu. c. 18. Chœnix autem Hebræorum Homer vel Homer respondet, Homor autem 3. cotylas habuisse, & sextario castrensi Romano par fuisse putatur. Josephus gomor assaronem s. decimam vocat, & 7. cotylas ei tribuit, l. 3. ant. c. 7. id est, 63. uncias, vel 5. libras & 3. uncias. Alij 8. libr. vel 96. uncias ei tribuunt, Vt Cor. à Lap. in Exod. 16. v. 16. Vnde cum Deus Iudæis gomor mannæ pro demenso diurno tribuit, Exod 16. v. 16. tantam portionem tribuit, quæ vel avaro ac edaci stomacho, etiam prisco & valido illo seculo, pro diurno cibo suffecerit. Apud Athenienses in Chœnice 48. unciæ erant, ex quibus 4. magni panes conficiebantur, 4. libras & ultrà pendentes, qui in cibum diurnum dabantur, ut notat interpres Aristophanis in Vespis. Sed qui tantum absumebant per diem, & panco obsonio utebantur, & magnâ exercitatione. Sic qui mannæ libras 8. ap. Hebræos, nullo fortè alio cibo sunt usi, & in peregrinatione erant, ubi stomachus appetentior. Manna etiam latioris erat substantiæ, sed latioris magnitudinis, ac frumentum. Vnde gomor mannæ circiter 4. libris frumenti respondit, quæ pro cibo diurno Iudæis fuerunt. 2. Cur repletio nimia panis est pessima Corpori? Secundùm illud Avicennæ in secunda primi: Omnis repletio mala, panis verò pessima. ℞. 1. Quia panis copiam alimenti firmam & durabilem suggerit. Nimio ergò usu sangvinis venæ nimis distenduntur, corpus in majorem molem assurgit, panis stomacho diu inJacet, & sic eum gravat, meatus corporis obfarciuntur, perspiratio impeditur, & de stomacho non benè digestus in inferiora descendens panis hepar & venas mesaraicas oppilat, & validè præfarcit, ut curationi vehementer obsistat: quæ effecta admodùm sunt noxia: 2. Quia omne optimum, si degeneret, nocentiores effectus edit. Panis autem optimum inter nutrimenta. Non mirum, si abusu degenerans nocentes effectus in corpore edat.

16. Qua-

16. Qualitate, *ut talis adhibeatur, qui corpori maximè est salutaris. Ejus electionem ita præscribunt* Salernitani d. valet. cap. 1. Panis nec calidus, nec sit nimis inveteratus, Non bis decoctus, non sartagine frixus: Sed fermentatusq; oculatusq; ac benè coctus: Et salsus modicè, & frugibus validis electus. Non comedas crustam, choleram quia gignit adustam. Et panis salsus, fermentatus, benè coctus, Purus sit sanus, non talis sit tibi vanus. Non calidus *comedatur, prout è furno extrahitur: Nam lentorem quendam obtinet; vehementer inflat, viscera obstruit, & calore ac recenti fuligine sitim facit; & celeriter vaporosâ humiditate satiat: sed supernè suspenditur, nec facilè ad inferiora descendit, ut concoquatur.* Conf. t. 19. Non nimis inveteratus *sit: Nam mucidus est, aut ad mucorem inclinat: Nimis exsiccat; melâncholicum succum generat, & sic parvum alimentum præbet.* Non bis concoctus, *quia nimis exsiccat, adstringit, duræ quoq; est concoctionis. Nautis ut usu, eoq; nauticus vocatur. Etiam buccellatum vocant, &* Am Marcellinus *ad usus diuturnitatem excoctum, ap.* Brodæum l. 4. misc. c 15. *Ad claudendum tamen stomachum, & sic coctionem juvandam, prohibendosq; fumos, ne ascendant & caput impleant, est utilis, si benè præparatus sit.* Non in satagine frixus, *quia frixa ob pingvedinem stomacho innatant, & coctionem impediunt, dum ad fundum descendere renuunt,* Sit fermentatus, *quia hic facillimè concoquitur. Qui sine fermento est, lentosus est, nullius saporis, adeoq; parum nutritioni accommodus. Qui parum fermenti habet, multum quidem nutrit: sed labore fortiq; exercitio validè digeri vult, secus jecoris meatus obstruit, lienis imbecillitatem auget, & calculos renum producit.* Oculatus, *i. e. rarus, levis, & porosus: nam talis minimam viscositatem obtinet: facilè per intestina dejicitur, minimeq; naturam gravat. Quò levior panis, eò melior ac sanitati utilior. Interdum panis adeò gravis fuit, ut* plumbeus *dici meruerit. Vnde* Petrus Blesensis ep. 14. *scribit: Apponitur Clerico aut militi curiali panis non elaboratus, non fermentatus, ex cerevisiæ fecibus confectus, panis plumbeus, loliatus, crudus. Fugiendus in sanitate hic panis, quia difficilis concoctu, stomachum corpusq; gravat, & parum alimenti suppeditat.* Benè coctus, *i. e. subactus, præparatus, & maturatus, in furno lignis siccis, non cariosis, aut fumidis, aut graveolentibus calefacto, non supra modum fervido, ne panis in crustam durescat: nec infra modum tepido, ne minùs sufficienter coquatur panis, & lentorem, ac viscositatem obtineat, qua palato hæret, & os oblinit. Talis n. ægrè conficitur, ventriculum gravat, & obstructionib. generandis facilis est.* Modicè salsus, *Nam dulcis abstruit, nimis salsus exsiccat & irritat, Medius, si cætera paria sint, optimè nutrit. Plura ap.* Salernitanos c. l. *&* diætericos, *ut* Ranzovium, Quercetanum, Horstium, Sennertum, Mercatum, Cardanum, *aliosq; vide.*

17. *Circa* usum naturalem *panis quæritur* 1. Cur in pane rei alimentariæ summam Natura posuit? Vel *quia merum & simplicissimum est alimentum substantiam habet bene crassam, boni succi, & cum substantiâ nostrâ benè agglutinatur; habetq; tantò plus alimenti, quantò medicamenti minus, cum moderatum quiddam sit, nullâ facultate expurgandi, sistendi, laxandi, constringendi, aut simili præditum, cum cæteri cibi fermè medicamentosi quiddam admistum habeant.* Vel *quia firmissimum & copiosissimum est nutrimentum, quod firmissimè & copiosissimè naturam instaurat: Vnde apud* Homerum *semper committitur, ut esitaturis ante cætera apponatur panis.* v. Alexandr. l. 2. prob. Med. q. 62. *Nec homines solùm, sed jumenta quoq; apprimè pane reficiuntur, ut vel minimo panis frustulo vescendo confirmentur ac progrediantur, ut* Plutarch. 6. Sympos. q. 8. *observat. Vnde Turcæ equis subinde panis frustum in hospitiis porrigunt, ut* Busquecius F. p. 1. Turc: *notat:* Vel *quia familiarissimus maximeq; conformis naturæ est cibus, & ejusdem è terrâ est originis. Vt homo è terrâ eductus velut rex est viventium: sic triticum vegetabilium princeps è terrâ genitum. Nec feliciùs luxuriat, quàm ubi vel oleto humano, vel humanis cadaveribus agri pingvescunt:* Vel *quia triplex homini alimentum suppeditat, spirituosum, quo spiritus instaurantur,* V. t. 7. *liquidum, sic panis vino intinctus efficacissimè sitim sedat,* t. 24. *& solidum, sic sanguinem & carnes tandem suppeditat:* Vel *quia Scriptura panis nomine omnem cibum comprehendit,* t. 3. Vel *quia universalis est cibus, quia & omnibus modis alit, & omni alimento miscetur, & omnis alimenti materiam virtute sui continet;* t. 4.

2. Cur Plautus panem & assam bubulam ventris stabilimẽta dixit? Curcula a 2. s 3. Halt Leib vnd Seel zusammen? Vel *quia robur confert comestus panis,* V. 1. Sam. 28. v. 20 c. 30. v. 11. 12. Vel *quia siccus assumptus serosas ventriculi cruditates absumit, quibus languemus & laxamur. Sic Antoninus Pius Cæsar jam senex pane sicco manè sumpto robur virium sustentavit.* Capitol. in Pio. Vel *quia azymum aut acriazymum panem fortè intellexit, quibus messores & athletæ ad robur conciliandum freqventer utuntur. Solidum n. nutrimentum iste panis præbet, ubi confectus est. Ita & Horatius fulturam stomachi panem dixit,* l. 2. sa. 3. Deficient in opem venæ te, ni cibus atque ingens accedat stomacho fultura ruenti.

18. 3 Cur, cum quotidiè pane utamur, nullum ejus subeat fastidium, cum dulciorum ciborum facilè subeat. ut pomorum, saccari, mellis, vini dulcis? Vel *Quia valdè conformis naturæ nostræ est cibus,* t. 17. Vel *quia temperatissimus est, nec excessu nec defectu qualitatum præditus, & sic semper naturam in æquâ temperie servat; prout à temperatissimo cibo æquale temperamentum in corpore generari par est, & sic fastidium omne excluditur. Dulcia vel in ventriculo supernatant, ut pinguia, unctuosa, & sic nauseam gignunt: vel excessivas qualitates*

habent,

habent; aut nimis calida sunt, a. nimis frigida, aut adstringentia, aut nimis laxantia. Panis mediè se habet, & calor nimius tritici aquæ additione minuitur: glutinositas ejus aquæ liquiditate castigatur. Sic convenientissimus temperamento nostro omni loco, tempore, cœlo, ætate, statu, est cibus. Cujus appetitum ultimò in morbis deperdimus, primùm in sanitate recipimus. Quod in gravioribus morbis conflictatis se vidisse testatur Brujerinus l. 6. d. cibis c. 6. Vel *quia Iovialis est cibus, à Iove vim hauriens, qui, ut Poëta dicunt, semper juvat. Vnde & hic juvat, ne tædium panis incessat:* Vel *quia peculiari DEI benedictioni id adscribendum, qui pane cor hominis roborari vult.* Psal. 104. *& promissionem per illum servandi vitam nostram dedit,* Deut. 8. v. 3. Sap. 16. v. 26. *Sicq; perpetuam gratiam ei subministrat, ne fastidium ejus unquam ingruat. Maxima hominum pars eo vel vino aut juri misto contenta vivit. In negotiis, cum cibos alios sumere non licet, panis utilissimus est cibus.* Galenus *matutinò solum eum in occupationibus sumebat, & ad vesperam sine alio cibo durabat.* Augustus *panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ quandoq; comedit, quocunq; loco & tempore, quo stomachus desiderabat. Multi occupati panem ex vino mandunt, saluberrimo svavissmoq; invento.* Brujerin. c. l. Conf. Suetonium in August. §. 76. Usum Panis Naturalem *discutere cepimus. In eo pertexendo jam pergere institutum jubet. Quær.* 4. Cur panis ex agris valdè stercoratis eductus noxius est? *Ita Ichtyophagus quidam apud* Herodotum l. 3. *Cum Cambysem pane ex stercoratis agris parato nutriri, & Persas non ultra* 80. *annos vivere audiret, nihil miri esse respondit, si stercore vescentes Persæ paucis annis viverent.* Quia *stercus excrementum est, adjunctos habet halitus & tetros ac noxios, quos fruges ad sese attrahentes vitium non leve contrahunt, & utentibus illis noxium & perniciosum.* 5. Cur panis quotidianus dicitur ἐπιούσιος in Orat. Dominicâ. Matth, 6. v. 11? *Varia de hoc sentiuntur. Quidam de pane spirituali, alij de sacramentali explicant. Optimè illi, qui* ἐπιούσιον *dictam putant, quòd* ἐπὶ οὐσίαν *ad substantiam corporis vitæq; nostræ sustentandam sit necessarius. De eo plura* ap. D. Chemnit. c. 51. har. Eu. D. Meisn. p. 2. P. S. s. 1. b: 2. q. 19. Casaubon. ex. 16. f. 39. Maldonatum, Abulensem, Cor. à Lapide in c. 6. Matth. *aliosq; vide.* 6. Cur panis petitio spirituali bono, remissioni peccatorum petendæ, præponitur in Orat. Dominicâ? Matth. 6. v. 11. 12. Luc. 11. v. 4. *Non quòd prius temporalia petenda, quàm spiritualia, contra* Matth. 6. v. 33. *Sed quia naturâ ad externa ferimur, ut illa nobis occasio ad spiritualia sint, & viam eò sternant; ideò Deus sic collocat. Nos enim ex temporalibus sæpè occasionem sumimus spiritualium bonorum magis desiderandorum, agnoscendorum, petendorum, assumendorum, prædicandorum. Sic Iacob* Gen. 24. v. 18. *& Regulus Capernaiticus.* Joh. 4. v. 53. *Iaëbetz.* 1. Chron. 4. v. 10.

19. 7. Cur panis minus coctus ponderosior est cocto? *Quia humor copiosior intus manet, qui in sufficiente coctione in substantiam absumitur, aut in exhalationem abit. Vnde pistores avari in pane pondus quærentes humorem in eo non in totum absumunt, quò pondus panis adaugeant.* 8. Cur panis calidi odore ad tempus vita prorogatur? *De Democrito id notum est ex* Laërt. l. 9. *ubi epigrāma habet:* Quisnam tàm sapiens visus, qui tale patrârit Unquam, quale sciens omnia Democritus? Qui per tres tenuit præsentia fata dies, & illa recens cocti panis odore aluit. *Melle vixisse tradit* Athen: 2. diponos. c. 3. *Quia nempe halitus copiosos & spiritus continet, qui per odorem attrahuntur, & sic spiritus corporis refocillare, vitamq; ad tempus conservare possunt. Vnde & alimentum spirituosum suppeditat panis.* t. 17. 9. Cur panis calidus sitim excitat, cum tamen frigido sit humidior? Vel *quia plus humoris quidem habet, quàm frigidus, sed aërei, non aquei, cujus magis proprium est sitim sedare:* vel *quia humorem quidem aqueum habet, sed actu & potestate calidum, qui vim desiccandi ex calore habet: Vel quia porositate ac raritate suâ succos ventriculi attrahit, ebibit & exsugit, & sic ariditatem ac consequenter sitim conciliat.* 10. Cur panis calidus frigido est suavior, sed insalubrior? Vel *quia calore blando humor intraneus evocatur è centro ad circumferentiam corporis, & sic facit suaviorem panem calidum, mediocriter enim humida sapidiora sunt siccis:* Vel *quia calor moderatus gustus acumen excitat, frigus infringit. Ita patefactis per calorem linguæ meatibus dulcedo panis intensiùs subit:* Vel *quia vitiosum panis humorem elicit calor, facitq;, ut ori & linguæ adhærescat, & diutiùs in partibus gustus retineatur: Quæ autem diutiùs detinentur, suaviùs gustantur, si convenientia sint.* Insalubris *autem est, quia lentosus adhuc ex calore & viscidus, adeoq; lentore meatus oppilat, & morborum est causa, nec facilè digestionem admittit. Vnde diætetici probibent panem calidum edere: Non Ceteris calidum munus permittito mensæ: Acri fermento sed benè congenitum.* Conf. t. 16.

20. 11. Cur panis calidus frigido nigrior apparet? *Quia calidò inest humor aqueus, qui farinæ mistus aërem opacum reddit, & sic farinæ candorem imminuit, ac tenebricositatem velut & nigredinem quandam producit. Et licet per cocturam pars aquæ absumatur, & sic albidior massa panis reddatur, quàm cruda esset: adhuc tamen obscurior apparet panis calidus frigido, quia aqueus vapor spongiosam materiam occupans & meatus adimplens candorem impedit, ne intus in poros lucere possit, obstruit enim poros, & madore lucem eò incumbere volentem abstinet: sicq; fuscus manet panis, & tenebricositate sua aqua velut nigredinem ei inducit, velut ignis partes rarefaciendò luciditatem & fulgorem corporibus conciliat.* Sic panni madefacti fusciores sunt exsiccatis, *ob humorem poros occupantem, & lucis ingressum*

impedientem: Et massæ triticeæ ligneo instrumento aut manuum labore benè malaxatæ pauciore aquæ quantitate aspersæ, longè candidiores apparent minùs subactis & copiosiore aquâ perfusis, quia illis substantia siccior & compactior: his foraminulenta magis & humore rigata. Ubi humor exhalavit ex aqua, meatus dehiscunt, & materia addensatur, sicque compacta in unum massa evadit albidior, quæ spongiosior & porosa erat aspectu tenebricosior. Sic oleum recentius obscurius est vetusto, quia aqueas humiditates admistas habet, quibus exhalantibus oleum suæ naturæ redditur, fit splendidus. 12. Cur panes frigidi madefacti non cohærent, calidi autem & madefacti cohærent? Quæstio de panibus nondum ad plenè duram consistentiam in furno percoctis est intelligenda, sed qui adhuc in paraturâ ad plenam coctúram sint, Causa est, quia cum calor aquæ calidæ ex frigidis evaporat simul lentor & glutinositas aquæ calidæ exhalet, quæ medium est cohærentiæ. Licet autem aqua denuò perfundantur, quia tamen illa glutinositate caret, & ambiente frigore jam crustula aliqua pani inducta est cohæsio non sequitur. Calidus a. panis lentoris non parum obtinet, unde si aqua humectetur, cum calore vapor glutinosus egreditur, & se cum humore permiscens facit, ut panes inter se cohæreant,

21. 13. An Veteres calido pane sint usi? Omninò. Quod & Ratio & authoritas testatur, Ratio, 1. Quia calidus panis delicatior est frigido, t. 19. At delicatorum Veteres & Græci & Romani maximè fuerunt appetentes, ut partim ex Plauti Comœdiis, partim Athenæi libris, & Meursij Româ luxuriante constat. 2. Quia aquam calidam Veteres in delitiis habebant. Unde thermopolium Plauto, ubi calida aqua venibat, thermopotare, calidam bibere, in Trinum a. 4. sc. 3. Sarin in thermopollo condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem. Unde qua ex Ammiano, Lipsio, aliisque ad hunc Plauti locum notavit Taubmannus. Turcis adhuc hodiè potionem aliquam horis matutinis in deliciis esse, quam (haube vocent, & calidam potent, in itinerario suo narrat D. Rauwolfius l. 1. c. 8. p. 103. Sicut è contrario apud Orientales sub æstivum tempus frigida pro delicatâ habetur, unde insignes specus pro servandâ glacie colunt, ubi eam per integram æstatem servent, & infrigidandæ potioni alijs divendant. De quo idem Rauwolf. l. 2. c. 12. & Sal. Schweigger. in itin. Orient. l. 2. c. 38. videantur. Plinius jam de suo ævo l. 19. c. 4 Hi nives, ait, illi glaciem potans; pœnasque montium in voluptatem gulæ vertunt. Servatur algor æstibus, excogitaturque, ut alienis mensibus nix algeat. Decoqvunt alij aquas, mox & illas hyemant. Eundem morem insectatur Seneca l. 4. nat. qu. c. 13. Et Martialis de eo in Xen. v. 17. Non potare nivem, sed aquam potare rigentem De nive, commenta est ingeniosa sitis. Si calida aqua Veteribus in delitijs, magis panem calidum fuisse credibile est, nam hic delicatior aquâ. Authoritas:

 Simo-

Timocles *apud Athenæum* l. 3. c. 15. *Calentem adhuc* ἰπνίτην, *i. e. è furno pane comedi admonitus.* Antidotus *apud eundem sumptos feruenter escharitas eos evolutos vino dulci intingere ait. In quem locum* Casaubonus l. 3. animad: c. 2 *Escbariten Rhodium sub finem Cœnæ mensis calentem intulisse veteres ait, eumq́ e vino passo comedisse, Vt Antidoti versus doceant. Istumq́ panem cum obelijs Gallo rum maximè convenire asserit. De Nasto pane vel placentâ* Nicostratus ap. A then. c. l. *Nastos albus, ait, eâ magnitudine fuit here, Craßitudo verò illius, ut su pra canistrum emineret. Operculo detracto sursùm odor evolabat, ac vapor melli qui dem admistus subibat nares. Adhuc enim tùm calidus fuit.* Athenæus c. l. c. 1 *Syri panem hujusmodi, ait, (Cappadocium) Lachman vocant, in eâ regione ideò sa luberrimum,* quod calidissimus edatur, *alioquin farinæ flori similis.* Hippoc l. 2. d. morbis *panem frigidum interdum comedendum præscribit. Quod præciper opus non fuisset, nisi consuetudo calido vescendi fuisset. Velut nemo hodiè medico rum panem frigidum ægris præscribit, quòd paßim sine præscripto ille in usu obtinea.* Plutar. l. d. irac. vit. *inter errores, ob quos servis & uxoribus irascuntur homine. numerat, si quid exustum, aut fumum redolens, vel si panem frigidiorem apponan. Quasi panem calidum mensæ inprimis requisissent.* Cœlius Aurelianus l. 5. tard passion. c. ult. *cum de ratione emaciandi pinguia corpora agit, panem frigidum fer mentatum dare præscribit, quòd minus nutriens sit, illudq́ magis, si veteratus fueri. Quod argumento est, & calentes panes in usu quotidiano Veteribus fuisse. Inprim delicatiores pane velut tepido se oblectârunt: Refrigeratus nimumq́ inveteratus v lioribus servabatur.* 14. Cur salitus panis levior est non salito, cum ex sal pondus habere deberet, ut qui terreum corpus & aquâ gravius? V *quia sal exsiccat, adstringit, dissoluit, superflua erodit, & sic defecatius corpus reddi & consequenter validius putredini resistere facit. Absumpto autem superfluo humi do panis fit levilior & durabilior ut non facilè putrescat. Sic & panes pridiani levio res hodiernis & calentibus sunt, quia humor superfluus est absumptus. Non salitu gravior est, quia cum sal humidum aqueum non absumpserit, residet in eo, & sic gra vior redditur:* Vel *quia sal adstrictione suâ poros & meatus panis externos occludit & sic extraneam humiditatem, quæ aliàs immearet, repellit, unde immeante illâ pa nis gravior evaderet.* 15. Cur Sacerdotes Ægyptij pane salito abstinuerunt *ut narrat* Plutarch. l. 5 symp: q: 10? An *ab omnibus delitijs abstinendum judi caverunt? Est enim sal obsonium delicatum, & condimentorum sapidißimum. An quia castitati studere cogebantur, ne salis acredine irritati ad Venerem stimula rentur, quam sal incendit?* An *quia salem sacrosanctum & Divinum habebant, eo ad civilem usitati esus usum transferre verebantur eum?*

22. 16. Cur in Scotiâ optimus ac candidissimus datur panis, cum a

lia

liâs regio horridior & agreſtis ſit? Scaliger *vix ullum ex totâ Europâ cum illo comparari poſſe ait*, ex. 140. ſ. 1. & ex 200. Vel *quia terra levis eſt, ideoq́ & triticum leviſſimum producit, quod minus terræ ob raritatem & levitatem terræ retinet*: Vel *quia gelidum ſolum & diuturnis nivib. opertum, quæ velut terræ pelles ſunt, calorem ejus foventes, eam q. fermentantes, & fertilitatem promoventes*. V. Scalig. com. in. l. 2. d. plan. Theophra. c. 2. Vel *quia hoc ſingulare, rationi ſoli & cæli, indulſit DEus Scotiæ, cùm aliàs terra horrida, & in multis infrugifera ſit*, V. Lanſ. or. c. Scot. *Quomodo & alijs regionibus peculiare qd indulgere ſolet DEus*. 17. Cur panis albiſſimus lumbricos gignit? Vel *quia multùm dulcis eſt, & furfuribus caret, eoq́ abſtergendi vi caret, quæ ex furfuribus, Dulcia autem quæ minimè detergunt generandis lumpricis aptisſima ſunt*: Vel *quia nimius plerumq́ ſumitur, quia palato gratus. Nimia autem tibi copia cruditatem, cruditas putredinem, putredo vermes progignit*: Vel *quia diu in ventre moratur, & ſic ob furfurum abſentiam facilè putreſcit*. Galenus in l. 6. epidem. com. 2. t. 7 *pani impuro vermium generationem adſcribit, quòd crudum ſuccum generet, & ſic corruptelam facilè inducat*. 18. Cur panis ater tenebras inducit? An *id paraſiticè tantum à philoxeneo pternacopide dictum, qui atriorem panem inferri videns ne multum, inquit, appoſueris, ne tenebras inducas*. Athenæ. l. c. 5. *Cupiebat enim delicatiorem & album, ut paraſitus? Albus autem Veteribus in delicijs, ater in contemptu* V. t. 29. An *ater panis fœculentum & impurum ſanguinem generet, unde Spirituum impuritas, & ſic tenebricoſitas?* An *parum alimenti & parcisſimum ſanguinem ſuppeditat, unde Spirituum inopia, & viſus debilitas?*

23. 19. Cur panes perdiccæ Macedonum Regis ſemper in duplum creverunt alijs? *Hiſtoria ap.* Herodotum in Vrania l. 8 eſt. *Perdiccæ pueri mercenarij unius ex Temenidis ap. Regem Lebæorum, cum ovibus paſcendis operam locaſſet, & uxor Regis cibaria coqueret, panis pro perdiccâ coctus ſemper in duplum ſuper cœteros excrevit: idq́ ſemper ita evenit, quod Regina tandem marito indicavit*. An *prodigioſum id fuit, & ſignum Regiæ poteſtatis, quam obtinere debuit perdiccas? Optinuit n. proximum à Rege poſt obitum Alexandro locum, & ab Alexandro occultè ſucceſſor ſibi eſt deſtinatus*. Curt. l. 10 c. 6. 10. *Lætum n. plerumq́ Auſpices judicant & ὀνειροκρίται, majora & auctiora videre. Sic quadrigæ fictiles præparatæ in faſtigium delubri Iovis Capitolini, quòd in fornace crevisſent, felix omen rebus Romanis portenderunt*. Plin. l. 28. cap. 2. *Contrà triſte oſtentum eſt, ſi res ſolito minor, attenuatior & defectior ſit*. Sic apud Livium *inter prodigia ſortes Præneſtinæ extenuatæ repertæ narrantur, & pro malo omine acceptum. Sic 7. opimæ vaccæ lætum, macie defectæ triſte omen importabant*. Gen. 41. v. 2. ſeq. An *fermenti aliquid panib. ſuis admiſcuit Perdiccas, inſciâ reginâ, Cujus beneficio in majus ex-*

jus extreuerunt panes? Vel loco aquæ lacte pastam subagitavit, unde panis in majo rem molem solet excrescere? 20. Cur panis facilè frangitur, sive multorum sive parum sit tritus ac subactus? *Et sic idem effectus velut contrariarum causarum est? Quia parum subactus habet partes malè unitas ac colligatas, ideò mag est friabilis, & dissolutu facilior: Aut multum aquei humoris retinuit, qui vehementiore subactione copiosiùs in halitus exhalare potuisset. Copioso ergò humore ma le cum particulis commisto disjunctæ relinquuntur particulæ, & sic post cocturam faci lè dissolvuntur, cum humida ad dissolutionem sint faciliora. Multùm subactus pani exiguo constat humore, potior enim vehementi subactione exhalat, vel per coction absumitur: sic panis magis siccescit, & ob humoris inopiam facilè eum rumpi contingit ac dispergi. Humor n. partes collectas tenens in sicco multum est absumptus, in parùm trito malè commistus partibus est, ideò parùm eas connectit, & sic in utroq ruptura est facilis.* 21. Cur panis assus fit durior, tepefactus modicè humidior, & velut resudans? *Quia in asso vi ignis humor extrahitur, & extractu absumitur, sicq; defectu humoris exsiccatur: Et cum siccitas duritiem inducat, consequenter durior redditur: In modicè tepefacto partes calore & siccitate contractæ dilatantur, quicquid humoris intrà relictum erat, foras à tepido calore meatus aperiente & attenuante attrahitur, sicq; & humidior & mollior panis redditur. Sic castaneæ calori moderato expositæ emoliuntur, intùs latente humido ad externas partes evocato: diutiùs in calore relictæ assumpto exsiccatoq; humido duriores evadunt.*

24. 22. Cur panis biscoctus minùs putredini est subjectus? *Quia fortiore coctione humidum magnam partem est absumptum. Humor a. mater putredinis: sicca difficiliùs putrescunt.* Arist. s. 13. probl. q. 1. *& siccissima putredinem non sentiunt, ut ignis. Unde nautæ longum iter destinantes benè cavent, ne humoris aliquid nimij panis nauticus, quem secum deferunt, contineat.* 23. Cur panis aquâ, aut vino intinctus validiùs sitim tollit, quàm vinum aut aqua solitariè sumpta? *Quia cum panis corpulentius quid vino aut aquâ, diutiùs in orificio superiori ventriculi hærere ac morari potest ob corpulentiam & lentorem, quem ex affusâ humiditate obtinuit, sicq; efficaciùs humectare, & consequenter sitim sedare potest, quàm liquor solitarius, qui ob tenuitatem ac lubricitatem leviùs orificium illud prætervehitur, faciliùs in partes diffunditur, minusq; ob celerem transitum irrigat. Sed quod diutiùs orificio ventriculi adhæret, efficaciùs sitim absumit. Ita Augustus Cæsar pro potione aquâ frigidâ perfusum panem sumebat.* Sueton. in August. §. 77. 24. Cur panis vino tinctus facilius inebriat, quàm vinum solitariè sumptum? Vel *Quia similiter panis diutiùs moratur in stomacho ob corpulentiã, quàm nudus liquor, qui ob subtilitatem citò diffunditur. Sicq; panis ob moram plures & diuturniores fumos è vino in cerebrum mittit, atq; ita validiùs inebriat solo vino assumpto:*

pto: Vel *quia panis partes magis vinosas attrahit, relictis aquosis, quæ vino mistæ erant, sicq; fortiores fumos in cerebrum mittit, & consequenter faciliùs ebrietatem conciliat.* 25. Cur panis sine alio cibo sumptus in ventriculo acescit? Vel *quia substantiam lentam & pituitæ proximam producit:* Vel *Quia acor fermenti vehementiâ caloris in cocturâ acidum humorem inducit, qui pituitæ sapor est:* Vel *quia pituitosi & pravo humore oppleto stomachi ob debilem calorem panis temperamentum calidum & quodammodo biliosum superare nequeunt, unde aciditas oritur. Biliosi stomachi ob siccum & igneum calorem panem conficiunt, eoq; id non patiuntur.*

25. 26. Quid panis per somnium edi visus notat? An *nutrimenti defectum & tristitiam, ut vult* Hippocr. l. d. som. *Vbi enim nutrimento indigemus, natura imaginem cibi in appetitu & phantasiâ excitat: & quia egemus, paucos spiritus habemus, qui animi demißionem faciunt?* An *in ægris & gulosis ob præteritorum memoriam talia somnia: ægri enim semper pani inhiant, ut sanitatem recuperent: gulosi, ut gulam impleant, cum cibos unicè diligant. Quibus autem mens defixa, eorum imaginem per somnum reddit phantasia unde ap.* Theocritum Idyl. 25. *piscator: In somniis omnis canis panes somniat: ego pisces.* Et Clandian. præf. l. 3. d. d. rapt. Pros. Judicibus lites, aurigæ somnia currus, Vanaque nocturnis meta cavetur aquis. 37. Cur, qui panis frustrum grandiusculum deglutiunt, singultu infestantur? Vel *quia siccæ & quodammodo biliosæ naturæ est panis, eoq; grandiore frusto deglutitus vellicat orificium stomachi, & hoc vellicatum ad superiora velut regurgitare vult, sicq; singultus oritur. Sic Galenus demorso ab acri humore ventriculi orificio convulsiones oritur tradit. Illis autẽ analogus est singultus:* Vel *quia singultus velut motus quidam convulsivus stomachi ejusvè partium est, commune symptoma facultatis cùm retentricis, cum ventriculus non naturaliter cibos complectitur; tùm expultricis, cum ad ipsum primò motus expellendi pravum pertinet. Vtrumq; in grandiore frusto panis contingere potest. Quò validiùs illud à se excutere queat, primùm se dilatat, sicq; cibus velut ita versatur, & non naturaliter complectitur: Deinde collectis velut viribus seipsum constringit, magnaq; sui compreßione singultum edit.* 28. Quid est in sacris ancilla ad molam? Exod. 11. v. 5. Matth. 24. v. 41. Vel *molæ trusatiles intelliguntur, quas qui versant, post illas stare oportet. ut* Junius in h. l. Vel *quia tales apud Hebræos in usu fuisse ægrè probari potest, cum in mortariis & pistillis frumenta contunderent,* Num 11. v. 8. *hicq; labor gravißimus esset, vilißima mancipia & incarceratos ad illum laborem adhibebant. Sic Simson molere cogitur.* Judic. 16. v. 21. *Vndè pro vilißimo habetur, si in sacris ad molam aliquis ducatur. Quomodo &* Exod. 12. v. 20. *explicatur. Ita & pistrinum ap. Latinos, ubi farinam in pila, vase concavo, pinserent & contunderent. Et pro loco pleno fatigationis & negotij dicebatur. Sic* Ci-

cero

cero. l. 2. de Orat. §. 53. *Tibi Crasse, mecum in eodem pristino vivendum erit* Conf: & l. 1. ep. ad Quint. frat. ep. 2. *Quidem Simsonem molem trahere instar equi coactum fuisse ineptiunt. Quasi tales molæ Iudæis in usu, ac nobis, quas equos trahere oportuerit!* Nec potiùs *aut trusatiles habuissent, aut pistillis frumenta contudissent?* V. Esa. 47. v. 2.

26. *Satis de usu panis* physico, *& quæsitis eum attinentibus.* Usus Medicus *est, quo* vel *in diætâ salubrior panis pro servandâ sanitate eligitur*, vel *in morbis medicamenta ex eo pro recuperandâ illa parantur. in diæta qualis panis assumendus*, th. 16. tactum fuit. *In morbis varia medicamenta ex pane pro febricitantibus, syncopiscentibus, phtisicis, vomiturientibus, ructibus infestatis, calculosis, aliisq; sumuntur. Qualia ap.* Ranzov. d. cens val. c. 7. Avicenanan fen. 12. tr. 2. c. 7. Hippocr. 6. epid. s. 4. & Galen. com. in h. l. Quercet in dietætet. p. 5. c. 9. Pictorium dial. 3. d. bon. valet. *aliosq; videantur. Ita Spiritus ex pane pro emaciatis, emplastrum ex pane pro ructibus, ligatorium ex eo pro debili stomacho paratur.* Panis hic ipse, quo vivitur, innumeras penè continet Medicinas. *Ex aquâ & oleo, aut rosaceo, mollit collectiones. Ex aquâ mulsâ duritias valdè mitigat. Datur & ex vino ad discutienda, quæ præstringi opus sit, & si magis etiamnum, ex aceto: adversus acutas pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant; Item ad percussa & luxata. Ad omnia autem hæc fermentatus, qui vocatur autopyros, utilior. Illinitur & paronychiis, & callo pedum in aceto. Ita* Plinius *de pane* l. 22. c. 25. *Et plura adjicit, quæ ibi vide. Panis triticeus in massam trochiscorum de viperâ assumitur de quo* Pharmacop Augustanam p. 410. *Consule.* In Peste *panis calidus in umbilicum infecti ponitur, & venenum extrahitur. Cadaveri super os ponitur, & contagij virtus infringitur, multumq; nociui vaporis se in panem insinuare creditur.* Primum *siliginis florem massæ panariæ, unde primum libum formari debet, mistum in furno coctum contra incantationes & veneficia quidam præscribunt. Incertum, an cum efficace eventu, & fides penes præscribentes esto.* Quæritur 1. Cur syncopisantibus panis culitus vino odorato intinctus & naso admotus conducit? An *quia fragrantiâ suâ Spiritus mirificè recreat, cor confortat, ac spiritus emittendos instigat?* An *quia naturale fulcimentum omnium virium corporis est, easq; instaurat.* V. t. 17.

27. 2. Cur panis aquâ madidus febricitantib. datus appetitum restituit? Vel *quia morâ suâ, quam in stomacho habet*, V. t. 24. *ardorem febrilem exstinguit, qui cibi appetentiam prosternebat:* Vel *quia propter aquam ichores biliosos subducit, & vapores & malignos stomachum ferientes ac appetitum dejicientes reprimit:* Vel *quia sanguinem in ventris tunicis contentum modicè cogit & constringit. Talia autem appetentiam procreare possunt.* 3. Cur pane & vino febricitantibus oblato ardor febrilis vino non intenditur, sed minuitur?

no; sicq;

Vel quia calor vini panis substantiâ compactus non ita diffundi potest, ac in solo vino; sicq; calorem febrilem non intendit: Corpulentiore enim vehiculo constringitur, ne liberè dissipari queat. V. t.24. Vel quia aliàs panis vino intinctus efficaciùs sitim sedat, ac solitarium vinum, t. 24. sicq; & in febricitantibus calorem extinguit a. labefactat magis, quàm intendit. Siccitatem n. absumit, in quâ calor efficacior est: humore diluitur, & est debilior. 4. Cur panis febricitantibus incommodus est? Vel quia multum & firmissimè nutrit, t. 17. febricitantes a. lentè restitui volunt, & parcè, non abundanter: Vel quia lentoris aliquid obtinet, nisi corrigatur. ob quem stomacho difficulter concoquitur, & sic febrium putredinem facilè adjuvare potest. Vnde panem lotum administrare hic jubent Oribasius & Avicenna, sic n. parùm nutrire & refrigerare ajunt. V. Mercur. l. 5. d. febrib. c.75. 5. Cur spiritus panis emaciatis & copiosiore nutrimento egentibus convenit? Vel quia vim nutritivam ex pane multùm in se habet, sicq; multum nutrire potest, quod in talibus requiritur: Vel quia ob subtiliorem naturam faciliùs per intimas partes ventriculi dispergitur, quod panis, ut crassioris substantiæ & compactionis ita facilè non facit: unde spiritus in debili stomacho plus & faciliùs assumptas partes instaurabit. quàm panis substantia. In Phtysicis quidam eum adhibent; sed successu parùm optato. Adstringit enim, & pectoralia oppilat, quod in illis subjectis est pernitiosum. Conf. t. 15. Mercurialis l. d. scorbuto c. 6. magis quintam essentiam panis cum aquâ rosaceâ cocti emaciatis commendat, quàm Spiritum panis vulgari modò expressum. Modum præparandi ibi præscribit. 6. Quid panis lotus in Medicinâ est? In morbis accutis Medici panem cum aquâ hordei lavare jubent ad eductionem salis & formenti: nam panis non lotus in talibus est nocivus, & in apostematibus intrinsecis magis noxius, quia ad rupturam apostematis ante maturationem facit. V. Scholtz. aph. Med. s.6. §.37. Firmiter enim nutrit, & lentorem adjunctum habet. q. 4. Meminit Plin. l. 18. c. 11. panis cujusdam tenuis & spongiosa inanitate, ac è Parthis invecti, quem aquaticum vocat, quoniam aquâ trahatur. Sed non est is panis lotus Medicorum. Aquaticus enim multâ aquâ elaboratus ante coctionem levis & spongiosus est redditus: lotus autem non est nova præparandi ratio ante cocturam, sed post eam, ubi totus panis jam coctus & absolutus est, jubetur lavari ad usum Medicum. 7. Cur in bulimo subitâ panis oblatione subita fit curatio? An quia firmissimè nutrit, & sic prohibet, ne bulimus investet, & homo in deliquium istud labatur? An quia in bulimo ante deliquium ventriculus fervidus est, & sic facilè nutrimentum attrahit, coquit ac resolvit, ut cita partium instauratio sequatur? Post deliquium a. & in eo facultas coctrix valdè sit debilitata, ut non possit quidquam utilitatis ex obluto pane percipere. Vnde negant Medici, in deliquio bulimi panem offerre: & post illud magis panem in vino aut jusculo, quàm solitarium præscribunt.

28. Sic & usus panis Medicus fuit: Sequitur moralis & Logicus. Moralis Ethicus & Politicus est, quo vel virtutis vitiivè moralis causa assumitur, Vel in Politicum finem eumquè varium destinatur. Pro temperantiâ assumitur, cum parcè sumitur, non ultrà, quàm explenda fami sufficit. Iuxta illud: Parcus vescendo, parcissimus est bibendo. Et: Caseus & panis sunt optima fercula sanis. Quod pulcrè Horatius expreßit l. 2. sa. 2. Cum sale panis latrentem stomachum benè liniet. Non in caro nidore voluptas summa, sed in teipso est. Sic Antonius Emerita solo pane & aquâ vixit in deserto. Apolepv. p. 1. erquit. p. 637. Filiam pane tosto & aquâ per cor coruos Deus cibavit. 1. Reg. 19. v. 6. Veteres Græci, tum & laboriosi & temperantes essent, mane panem mero intinctum esitârunt, aliud nihil loco prandij. Ideò hoc dixerunt acratisma, quòd acraton sit merum. Plutarch. l. 8. conu. serm. q. 6. Xanerium ne pane quidem famam explevisse narrant Iesuitæ, Corn. à Lapide in Act. Apost. p. 23. b. Vlpius Marcellus Britãniæ præfectus Româ panem ad se exportari jußit, ne ob vetustatem nimiũ comederet. Camer. C. 2. c. 35. Juvenalis s. 5. talem panem vix fractum & solidæ jam mucida frustæ farinæ vocat; Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum. Scriptura orare nos panem quotidianum jubet in Orat. Dom. ut demenso nostro, quod Deus suppeditat, contentos esse debere doceat. Hic cogitandum illud Germanorum: Giebt uns GOtt unser Brodt nicht mit Scheffeln voll/ So giebt ers doch mit Löffeln voll. Saturatus nimia peccatorum mater est. Deut. 32. v. 15. Hose. 13. v. 6. Et inter peccata Sodomæ saturitas numeratur. Ezech. 16. v. 49. Pro liberalitate etiam panis assumi potest. Et cum liberaliter in pauperes distribuitur. Sic Virgilius Augustum Cæsarem aut pistorem; aut pistoris filium conjectabat, quòd quædam prædicenti identidem panes loco mercedis duplicare jußisset. Donat. in vit. Virg. Pro vitio morali assumitur panis, ut intemperantiâ, cum nimiâ, ac par est, quantitate in edendo assumitur, & voraces inde dicimur. Sic Herodotes quidam Megarensis unâ cœnâ 6. semedios panis, Milo Crotoniates 10. minas panum, Aglais mulier 4. semodio, Lityersæ Midæ filius 3. clitellarum panem parvo die devoravit. V. Athenæ l. 10. c. 1. 2. Vel cum rusticè & inverecundè panis assumitur, de quo t. 40. vied. In Politicum finem assumitur panis, Cum in vitâ civili vel ad facta varia, vel ad verba & signa adhibetur. Ad facta, ad strategemata Politica. Sic Gibeonitæ panem mucidum secum asportârunt, ut longi itineris præberent speciem, & internecionem Iosuæ. cùi destinati erant, averterent. Jos. 9. v. 5. Sic Manlius Capitolinus, cum à Gallis Senonibus obsideretur, panes ab Capitolio in hostes, aculatus est, quasi copiosè annonâ instructus esset, cum eâ vel maximè destitueretur, Vt hosti spem inediâ arcem occupandi adimeret. Flor. l. 1. c. 13. Liv. l. 5. c. 48. Interdum litteræ panibus incoctæ per hostilem exercitium ad alios missæ sunt: Interdum cimelia aliave pretiosa panibus indita ad alios delata sunt. Interdum ad

veri

veri attestationem panis adhibitus. Sic Polydorus l. 8. refert, Godeuinum aliquẽ cum falsum assereret, Hic panis, dixisse, me suffocet, si mentior, Et panis frusto, quod comedit, suffocatus est. Nouarin. l. 1. elect. sacr. c. 4. n. 255. Quandoq; ad artificia panes adhibentur. Sic panem in clibano salientem quidam facere jubent, si nux ex vino sulphure, sale petræ & hydrargyro oppleta diligenter clausa, ubi calefactum in clibano panem soliturum dicunt. V. Mizald. C. 5. mem. §. 36. Sic alij canem retineri dicunt, ne aufugiat, si panem sub axillis sudore perfusum cani devorandum projiciamus Hild. l 2. Magic. Nat: c. 23. Alij ad pisces congregandos pane vel massa ejus utuntur, cujus frustis piscinæ injectis frequentes eos aggregari credunt. Alii ad furem explorandum panem subcineritium, cui pulvis ex lapide aëtite incoctus sit, adhibere jubent, Cujus præmansum bolum furem non deglutire posse ajunt. Mizald: c. 7. §. 90. Sed hic potiùs abusus panis, quàm usus est. Alii ad sagitandum panes proponunt. Sic pueri Baleares panes in sublime positos saggittis petere consueverunt, ut vescerentur. Non n. alium cibum illis contingere licebat, nisi quem destinato ex fundâ lapide percussissent. Vegetius l. 1. c. 16. Alii, cum Reges Principesq; essent, panem, quem comederunt, sibi ipsis parârunt. Sic Pittacus Mitylenæus Rex pistrinum versans farinam & panem, quo vesceretur, sibi ipse parauit. Isiod. Pelusiota l. 1. ep. 470.

29. Ad verba panis adhibetur, cum varii loquendi modi, parœmiæ, proverbia, ænigmata, denominata, & similia à pane sumuntur. Qualia & apud Hæbræos, & Græcos, Latinos, & Germanos, usitata. Sic panem album alicui pinsere, proverbium in eos est, qui magnas rerum spes & ampullas projiciunt. Erat enim panis albus apud Græcos in delitiis, ut Lucianus testatur. Juvenal. s. 5. Sed tener & niveus, mollicq; siligine factus servatur Domino. Nigros fuscosq; panes vorare dicebantur egeni, qui deliciis minimè sueti erant. Et Græci panes viliores Φαιὸς s. fuscos appellabant. Sic ap. Terentium in Eunuch. a. 5. s. 4. Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent. Lipsius Cen. 2. ep. 15. de atro pane Westphalorum autem finitimæ gentis Plinium intellexisse putat, cum miseram gentem dixit, quæ terram suam voraret. Apud Plautum in Asin. a. 1. s. 2. sordidus panis vocatur. Sordido vitam oblectabas pane. Juvenal: l. c. caninum vocat. Poßis honestius illic. Et tremere, & sordes farris mordere canini. Id est, adeò vilis ut superfuso jusculo canibus præberi mercatur. Apud Atheneum panes mucore sordentes preduratosq; mensæ illatos facetißimè ἄρτων σκιὰς panũ umbras quidã vocat. Notantè Heidfeldio c. 21. sphyng: Post panes etiam bona maza est Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ᾽ ἄρτον, proverbium eos est qui penuria coacti etiam deteriora post meliora amplecti coguntur. Maza pane deterior est, quæ vicem ejus rusticis implet. Sed in convivijs primum mazam, post panem apponi solitum Athenæus l. 6. docet. Pane n. consumpto probabatur & maza. Panem ne frangito. Pythago-

 ræ inter

ræ inter proverbia fuit, quo vitam hominis non distrahendam & consumendam indicavit, quomodo panis in vitæ subsidium consumi solet: vel amicitias proborum non dissolvendas esse notavit, velut panis è multis granis collectus cohæret: Vel harmoniam rebus omnibus infusam indicavit, quæ dissipanda non sit, ne virtus rerum dissipetur. Nam per harmoniam omnia constare sensit. Laërt l. 8. in Pyth. Vel ol animarum transmigrationem non in animalib. tantum, sed & aliis viventib. contingentem, id dixisse credendum, quia animam in panem usq; migrare posse credidit, crudele habuit, panem fractione discerpere, cum citra eam comedi queat, ac in nobilius corpus, edentis, immigrare. Vel frusto panis, sc. incites, in eum, quem levi viliq; re ad aliquid impellas. Metaphora ducta vel à canibus, quos frusto panis inuitamus: vel à mendicis. Panem lapidosum Fabius Verrucosus beneficium ab aspero homine datum pro verbaliter dixit, velut quem esurienti accipere quidem necessum sit, sed comedere incommodum, Seneca 2. d. benef: c. 7.

30. Priùs panis, quàm classis, Vel prior panis est prora, in eos dictum qui præpostere de minùs neceßariis prius cogitant, quàm magis necessariis: velut qui prius de instruendâ classe, quàm annonâ parandâ cogitent. Vix panem habet in perâ, in pauperculos dicitur, quibus adeò curta suppellex ut vix sedandæ fami sufficiat. Panem & pugnum porrigere in illos competit, qui moderatis nolint esse contenti: vel ubi bonâ fortunâ expectatâ contraria sors obvenit. Unâ manu panem, alterâ lapidem ostendere, in eos est, qui contraria & inconsistentia promittunt aut agunt. Sunt n. panis & lapis valdè inconsistentia, t. 32 Non de pane lucrando esse in id dicitur, quod parum lucri aut commodi importat, daß nicht viel in die Küche bringt. Pane & aquâ alicui interdicere est regione amovere, & media vivendi denegare, velut aquâ & igni interdicere. Sic in regionem & fœdus admittere erat panem cum aliquo libare. t. 30 Interdum panum cereorum apud Medicos est mentio, v. Grat. d. men. art. c. 7. Interdum Panes æris vel ærei apud Latinos adducuntur, qui quid sint, quæri poßt? Plinius l. 34. cap. 11. Aeris flos ære fuso fit, & in alias fornaces translato. Ibi flatu crebriore excutiuntur velut milii squamæ, quas florem vocant. Cadunt a. cum panes æris aquâ refrigerantur rubentq; Est a squama hæc decussa vi clavis, per quos pares ærei ferruminantur. Differentia hæc est, quòd squama excutitur ictibus iisdem panibus, flos cadit spontè. Quod Plinius velit, obscurum est, & lectio corrupta esse videtur. Quid enim squama vi clavis decussa, per quos panes ærei ferruminentur? Potiùs, In quosp. a. f. Sic l. 36. l. 26. Vitrum sulphuri concoctum in lapidem ferrumantur. Hoc vult, squamam vel pusulam instar milij in ære efflorescere, (sic enim Græci ἄνθος per tropum dicunt, quidquid in summo efflorescit & emicat: Quanquam in milio potiùs siliquæ, purgamenta, folliculi, apludæ, gluinæ frugum, unde granum non excutitur, nisi tundatur,) cum æris panes aqua refrig. Vi autem clavis decussam squamã

& panes æreos in clavos, id est, regulas, ferruminari. Nempe*, omne æs primùm funditur, deinde ducitur. Olim cum funderetur, in massas panibus similes formabatur; quod & hodie fit. Eas Græci* ἰζοχους, Latini panes *dixerunt. Panes isti æris fusilis in alias fornaces transferebantur, ubiq; multo igne & crebro flatu molliebantur, ut æs ductile fieret. quod postea malleis in regulas ducebatur, quod æs regugulare vocabant. Regulas istas* Plinius *clavos interpretatur, in quos panes æris, i.e. massæ istæ æneæ feruminarentur, h. e. stringerentur & indurarentur in regulas æris ductilis. Fusum æs malleis fragile esse solet: sed ductile malleis obsequitur, nec frangi potest. Hæc est æris ferruminatio, i. e. induratio. Ferrumen aciem ferri induratam glossæ vacârunt, aliàs glutinem ferri vocant. quo ferro jungitur. Apud nostros Institores, cum massæ de ærugine venduntur,* Grünspan/ *adhuc hodie panes æruginis vocant,* ein Brod Grünspan/ *ad veteris Latinorum in ære appellationis imitationem.* Logicus panis usus est, *cum in ratiocinando, discurrendo, vel exemplis Logicis à panis termino quædam in Logicis sumunitur. Sic* Ramistæ, *ut prædicabilium numerum oppugnent, à pane exemplum sumere solent. Panis constat ex farina, vel fit ex farinâ, negant ad prædicabilia referri posse, & sic angustiora justo ea esse inferunt. Cum materia de materiato hic, non genus, spec. diff. prop. aut accid. de subjecto prædicetur.* V. Sluterum l. 3. Syncr. Log: c. 3. t. 44. 51. 52. *similia* Becm. l. 1. com. Log. c. 3. aliiq; *habent. Quid his reponi queat,* ex d. 3. Gymn. Log. t. 24. *patere potest. Ex farinâ pistum esse vel constare, ex variis complexum, eoq; non prædicamentale est. Prædicabilia a. notiones simplices esse debent, & rerum prædicamentalium, non ex varijs nimis complexæ. Habet Logicus & terminos complexos à prædicabilib. distinctos. Ad hos hæc & similia prædicata resolvendo redigere poterit, non ad prædicabilia universa referre necessum habebit.*

31. In sacris *etiam Enuntiata de pane proverbij vel similitudinis quid habentia occurrunt.* Panis sine sale ex Ezech. 13. *allegatur ab* Erasmo in adag. *in eos dictum, quorum doctrina vera est, sed vita impura, & mores à professione discordant. Sine sale panis insipidus: Ita sine moribus vana Theologi doctrina.* Panem filiorum tollere & canibus projicere, Matth: 15. v. 26. *est dignis debita adimere, indignis tribuere.* Sicut panem aliquid devorare, Num. 14. v. 9. *facilitatis nota est, quomodo facilè sine magno labore frustum panis absumitur: sic Iudæi se hostes absumpturos confidunt. Similiter ut Latinus dicit: Vt vulpes pyrum comest, facilitatem rei notando. Sic* Psal. 14. v. 4. *Impij comedunt populum DEI, quasi panem comederent, hoc est, velut rem facilem & non magni pretij consumunt, perdunt, subigunt.* Panem suum super aquam mittere Eccles. 11. v. 1. *in eos dicitur, qui beneficia non in gratos solùm & propinquè sitos, sed & ingratos, dissitos, & inopes, qui nequeant rependere, conferunt.* V. Sirac. 29. v. 15. *Quanquam varijs aliàs explicationibus phrasis subjacet, quas apud* Pinedam in h. l. *Vide.* V*el sensus est:*

Frumentum tuum ad aquas sparge, id est, memento, te Dei agricolam esse, ut omnibu benefacias. Certus, Iehovæ benedictione irrigari, quod ita seritur, Velut semen irri guis locis consitum benedicente Deo lætissimè provenit. Quomodo phrasis, ad aqua seminare, Esai. 32. v. 20. *occurrit, & sensus dicti* Prov. 19. v. 17 Esai 58. v. 7. 8 & seq. *explicatur.* Panem super sepulturam justi constituere, Tob. 4. v 12. *est eleemosynas & beneficia justis in sepulturis distribuere, & epulum in solatiun vivorum instruere.* Papistæ *purgatorium ignem hinc succendere volunt, ut ap.* Bellarmin. l. 1 d. purgat. c. 3. Costerum in enchirid. d purg. pro 7. Salmeronem, Peltanum, Thyræum: aliosq; *videre est. Sed præterquàm quod liber extra Canonicam autoritatem positus est, nulla purgatorij aut Orationis pro defuncti hic mentio. Solebant Iudæi in funeribus convenire, cibos secum ferre, & cum superstitibus in domo solatij causâ comedere. Ita pios convivio excipi, & caritatis offici in eos exerceri jubet. Ac convivia hæc solatia vivorum inter benè in religione docto fuerunt, non adjumenta mortuorum. Nec in sepulturis purgandorum tantùm hæ convivia instructa, q. pro animâ purgandi suffragia comparanda essent, quorsum Papistæ detorquent: sed in genere* justorum, *in quib. & illi, qui ut Sancti rectà in cœlum recipiuntur, non purgatorium primùm detrudunt.* V. Ezech: 24 v. 22. Cinerem tanquam panem comedere Psal. 120. v. 10. *in summè miseros & de peccatis dolentes competit, quibus omnis voluptas in dolorem versa, ut & cibus delicatus, gratus jucundus aliàs, velut insipidus factus sit, quasi cinerem comederent, qu insulsissimi saporis, Vt nulla re solatium aut levamen ipsos invenire intelligatur.* Panem in regno Dei comedere, Luc. 14. v. 15. *est vitâ æternâ ejusq; beneficijs & delitijs frui.* Saturos vel repletos pro pane se locare 1. Sam. 2. v. 5. *est eos qui in copiâ & abundantiâ rerum omnium vixerunt, in tantam egestatem præcipitati, ut sedandæ famis gratiâ mercede se conduci ad operas patiantur, quò necessarijs alimentis fruantur. Exemplum amplificatæ ab Hannâ Dei omnipotentiæ, quòd ex robustis infirmos, infirmis robustos, divitibus inopes, & securis perditos conciliare possit* Luc: 1. v 53. *Sic Gibeonitæ in terrâ affluentissimâ degentes, ut vitam servarent, Iosu in operarios & lignarios se locare coacti sunt.* Jos. 9. v. 21. seq: Pro tortâ panis aliquem adorare, 1. Sam. 2. v. 36. *periphrasis extremæ paupertatis & sordium est, qualia filijs posterisq; Eli minatur Deus, ut tàm inopes & sordidi illi futuri sint, u summum Pontificem veneraturi sint non honoris gratiâ, ut divites & potentes solent Sed ventris & victus, ut pro quotidiano & sordido victu servituri sint, eumq; precibu emendicaturi, quo buccellâ saltem panis famem sedare & inopiam arcere queant. Vnde buccellam panis commedere in fine versus dicitur, pro tenui ac sordido victu vitam sustentare. Ita Deus toti familiæ Eli iratus ignominiâ contemptissimâ & inopiâ sordidissima ob socordem Patris indulgentiam afficere eam decrevit.* Pro pane lapidem porrigere, Luc. 11. v. 11. *aliena & impertinentia dare est, negatis necessarijs. Si*

apu

apud Papistas, cum homines petunt scripturam, tanquam panem, dari illis traditio-
nem, tanquam lapidem aut serpentem, ait Amesius T.1 Bell. ener. l.1.c.6.§.17.
quod patres erga filios suos facturos negat Christus Matt.7.v.9.10. *Sic Theologi* Je-
nenses in responf. ad Duræum *eos, qui caritatem simulant, & affectu irâ æstuent,*
verbis panem ostendere & amorem præ se ferre, facto lapidem porrigere & hostilem
animum prodere ajunt. V. Judic. Theolog. d. pace Eccles. p. 113. *Denominatum*
à pane apud Hebræos Bethlehem *Vrbs est, dicta q. domus panis. Et duplex fuit;*
Vna in tribu Zebulon, Jos.19.v.15. *& ut quibusdam videtur,* Judic.12.v.8. *Alte-*
ra in tribu Iuda, unde David & Christus orti, 1. Sam.17.v.12. Mich.5 v.2. Matth.
2.v.1. *Et hæc frequentiùs in sacris intelligitur. Nomen habuit* partim *à fertilitate*
agri & loci circumjecti, ubi sita fuit, qui opimis pascuis abundavit, in quibus greges
aluerunt, Gen. 35. v. 21. Luc. 2. v. 8 Partim, *quòd mysticus ille panis cælestis,*
Christus, ibi ex Virgine nasciturus esset, qui verus panis spiritualis futurus, & cre-
dentibus vitam æternam daturus esset. Joh. 6. v. 33. 35. 48. seq. Per abusum de-
nominatio ejusdem Vrbis Domui cuidam in Academiâ aliquâ cessit, quam cum Oeco-
nomus Academiæ strueret, per noctem titulum Betlechem, Panisburg, cum his versi-
bus adscripserunt: Quis struit has ædes? Qui plurima millia panis Abstu-
lit è mensis, plebs studiosa, tuis.

32. Germani *similiter varias de pane phrases sumpserunt. Vt,* Einem zum Brod helffen/ Einem vom Brod abhelffen/ vom Brod abrichten. Das kurtze Brod eim geben. Bös essen ohn Brod. *Non benè prandetur, cum panis abesse videtur.* Brod erhelt den Menschen. *Quando deest panis, cibus est tunc omnis inanis.* Ein Hertz sol daran haben Freud/ sein Brod zu essen mit Danckbarkeit. *Sit cordis festum, panem meminisse comestum.* Einem das Brod vor dem Maul weg schneiden. Umbs Brod gehen. Wes Brod man essen thut/ des Lied man singen muß. *Cujus panem comes se velis, ejus nutus observes oportet.* In eines Brod seyn. Den Brodkorb hoch hangen. Brod in die Milch zu brocken haben. *Habere, unde sævum excoquas.* Weißbrod ist besser denn schwartz/ je weisser/ je lieber. Man muß sich mit Brod behelffen/ biß man Fleisch bekompt. Wo nicht Geld und Gut ist/ da ist Sorg der Nahrung das täglich Brod im Hause. Eim Buben gebührt ein stück Brod; Eim Manne ein Weib. Saure äpffel/ so die ältern gessen/ verschlagen offt den Kindern die Zähne also/ daß sie das Brod in der Suppen nicht mehr beissen können. Es heist/ wer nicht arbeiten wil/ der laß das Brod auch liegen still. *Non dignus cibo est, qui vult vitare laborem.* Diß ist so gut/ als das liebe Brod. Die Noth suchet Brod/ *vel* Kunst gehet nach Brod. *Quod deridiculæ vanitatis proverbium esse ait* Gutkius præf. epitom. Logic. *& brevi in hoc mutandum.* Brod gehet nach Kunst/ und fin-

det ihr

det ihr nicht. *Adeò raræ faces solidè eruditi hodiè sunt, & sæpè Musis suis in orbe*
pauciores, ut Barclajus l.1.Argen.c.41. *loquitur. Et quæ similia esse possunt.*

33. Signa, cum à pane diversa signa notæq; apud diversas gentes sun
sumptæ. *Apud Macedones panis sanctissimum coëuntium pignus erat, quem gladi*
divisum sponsus & sponsa nuptiarum die libabant. Curti. l. 8.c.4. Vel, *quia parc*
& parabili victu ostendere voluerunt jungentibus opes, quantulo contenti esse debe-
rent : Vel *quia rixas fugiendas esse notârunt, quæ amicitiam sponsorum, ut gladiu*
panem, dissolvere possint. Romulus in communione panis & aquæ matrimonij fœdu
inisse traditur. Alex. ab Alexand. l. 2.c.5. *Apud Moschos amicitiæ signum e*
panis, & sal appositus. Pane gratiam, sale amorem notant. Ita incolæ Piskoviense
tyrannidem Basilidis sale & pane ante domos positis, ad ea comedenda invitantes, leni
re voluerunt, quos aliàs internecioni destinârat Tyrannus. Guagnin. descri. Mos
cov. c. 5. p. 98. *Et dux Moscorum eo maximè benevolentiam testatur, si panem &*
salem è mentâ suâ alicui miserit. Ita Sigismundum Baronem Herbersteinium, Le
gatum Cæsarium, humanissimè ad prandium invitavit, dicendo : Sigismunde, come
des salem & panem nobiscum, ut in histor. Moscov. ipse notat. In fæderib. sancien
dis prisci panē, carnes immolatas, salem, vinum, similiaq; invicem libabant. Alexan
ab Alexandro c.l.lib.5.c.3. *Ab Orientalibus omnib. Occidentalibus multis id ho*
dieq; servari tradit Arias Montanus. Vide & Jos.9.v.14. *Israëlitas panes & cib*
ria à Gibeonitis sumpsisse putat, quòd fœdus cum illis inirent. In Hiberniâ quoq; m
xima benevolentiæ signa in pane dividendo ac unà edendo, cerevisiaq; bibendâ poni
expertū narratur. Conf. Serar. in c.9. Jos. p.6. *Apud Aegyptios pane picto hierogly*
phicè notata est omnis esca, & totius nutritionis symbolum, quòd universa alendi v
velut in pane consistat. Conf. Vallesium d sac. Phil. c.27. Mystica *panis signific*
ta in panibus propositionis & mannâ Israëlitarum habemus, de quib. sect. 2. t. 10.1
aliquid adducetur. In Eucharistia *panis distributus notat & unionem fidelium i*
ter se, quomodo unū corpus dicimur, quia de uno pane participamus, 1.Cor.10.v.1
quà ex multis granis in unum redactis constat : & unionem Christi cum Ecclesiâ, q
ex farinâ & aquâ constat, ut Cyprianus l.2.ep.3. *ad Cæcilium notat. Apud The*
logos panis etiam Verbi Dei signum est, quod animæ panis est, eam nutriens, confortan
illuminans, ut ex Germano Constantinopolitano, Eucherio, Vgone Carensi, alijsq; ded
cit Novarinus l. 1. elect. Sacr. c. 4. §. 252. seq. *De hoc* sect. 2. t. 16.17. *vi*
Etiam Ecclesiæ signum esse dicitur, quod ut per aquam ex multis granis unus panis
Sic ex multis hominib. per aquam baptismi & sp. s. unus populus Dei in Ecclesiâ fi
V. Cyprianum l. 1. c.6. ad Magnum, Bellarm. l.3.d. Eccl.mil.c.9.

34. *Sic usus* Ethicus *panis &* Politicus *quoq; fuerit : Succedat* Theolog
cus, *qui is, cum in verâ agnitione Dei panis assumitur, aut rebus divinis adhibet*
In agnitione DEI, *cum benedicimus pani & cibis assumendis, & assumptis i*

I

Deo grates agimus. 1. Tim. 4. v. 3. Syrac. 32. v. 17. Ut commonefiamus; in Christo jus ad capessendos cibos nobis restitutum quod in lapsu Adami erat deperditum: Et à Deo alimenta nobis præberi, ac in usu eorum abusum vitandum esse sciamus, simulq; mentē ad spiritualem cibum elevemus. Joh. 6. 27. Luc. 14. 15. Rebus divinis adhibetur, vel apparentibus, vel veris. Apparentibus, quæ pro divinis habentur, cum non sint. Huc usus panis in sacrificiis gentilium pertinet, quæ ipsi in cultum Dei ordinârunt, cum eò reverâ non pertinerent. Ita Romani farre & molâ tostâ Diis suis libabunt, & farris sacrificium vetustißimum. V. t. 14. Unde Virg. ec. 8. Sparge molam & fragiles incende bitumine lauros. Virgines vestales tres maximæ hordeum torrefactum frictumvè pinsunt, molunt, molitum condunt, eoq; farre ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, vestalibus, & Idibus Septembribus, adjecto sale cocto & duro. Unde mola casta, pia, salsa, dicitur, V. Taubm. in h. l. Virg. Sic Virgilius 5. Æn. v. 745. de Æneâ: Canæ penetralia Vestæ Farre pio & plena supplex veneratur acerrâ. Cur Vestam farre venerati sint veteres, multis disputatur. V. Taubmannus in h. l. Huc etiam pertinet, cum ad omina & divinationes panem ejusq; accidentia rapuerunt gentiles. Ita obsidente Tyrum Alexandro, cum apud Macedones panem quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notaverunt. Territo Rege Aristander peritißimus vatum respondit, si extrinsecùs cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum. Contrà, cum ab interiore parte manaverit, urbi, quā obsidere destinassent, exitium portendere. Curtius l. 4. c. 2. Similiter Syllæ temporibus excisos panes manentis sanguinis guttas fudisse in exemplis est, & futurarū cædium fusiq; sanguinis signum æstimatum fuit. Alex. ab Alexandro l. 2. c. 31. Huc etiam referri queat, cum variis benedictionib. ad effectus supernaturales conciliandos consecratur panis, ut apud Papistas fit. V. Bellarm. l. 3 de cult sanct. c. 7. Veris cum rebus verè divinis panis usus adhibetur. Hocq; vel sub veteri, vel novo DEI fœdere. Sub veteri Deus sacrificia ex panibus & placentis offerri jusserat, quæ מִנְחָה Dona seu donativa appellantur, & Lev. 2. quinq; speciebus distinguuntur. Vel erat farina similæ cum oleo & thure, v. 1. vel placenta similaginea azyma oleo uncta & in clibano cocta, v. 4. vel cocta in sartagine, & in partes fracta superfuso oleo v. 5. 6. vel simila azyma in crate & oleo tosta, v. 7. vel primitiæ spicarum tostarum & contusarum, oleo & thure adjectis, v. 14. 15. Sexta species Num. 5. v. 15. in sacrificio Zelotypiæ additur, ex farinâ hordeaceâ sine oleo & thure appositis. Alia species in sacrificiis initiativis & consecrativis adjicitur, cum initiandi essent sacerdotes, & præscribitur Exod 29. v. 1.2.27. 24. seq. Ubi panes azymos; crustulas sine fermento, & lagana azyma de similâ triticeâ offerri, ac inholocaustum incendi jubetur. Alia species in Eucharisticis & libativis sacrificiis describitur, ubi placentæ azymæ comedi, & in sacrificium incendi jubentur. Lev. 6. v. 16. 17. c. 7. v. 12. 13.

7. v. 12. 13. *Etiam primitias frugum novosq; panes offerri præcipitur, priusquan*
de panibus istius anni comederent Iudæi. Lev. 23. v. 14. 17. *Vnde Pentecoste fe*
stum novorum panum dicitur, & panes propositionis ita tunc mutari solitos tradun
Rabbini, ut ex novis frugibus fierent. Similiter panes propositionis *perpetu*
ante se in tentorio sacræ mensæ superjacere jussit Deus, de quibus ſ. 2. t. 18. *videbi*
tur. An & Melchisedecus *Rex Salemi panem & vinum in sacrificium obtulerit*
Gen. 14. v. 18 *quòd fervidè propugnant Pontificij, ut missaticum inde sacrificiu*
stabiliant, alio loco fortè commodè disceptari poterit.

35. Sub Novo Testam. *panem in usum Cœnæ Dominicæ adhibere jußit Chri*
stus, ut esset communicatio corporis sui, & memoriale mortis pro nobis latæ. De qu
cit. l. t. 25 seq. *ampliùs dispicietur.* Etiam miraculosis cibationibus, *ali*
quoties panem illustrem in N. T. reddidit Christus. Ita 4000. *homines & ultr*
in monte Galileæ septem panibus saturavit, septemq; cophinos fragmentorum satu
ratis superesse fecit, Matth. 15 v. 47 Marc. 8. v. 8. 9. *Alia vice* 5. *panibu*
5000. *cibavit, &* 12, *cophinos pro restantibus dedit* Marc. 6 v. 41 Joh. 6. v. 11
12. Ex *his miraculis* nonnulli, *qui pro* duplici & contrariâ veritate, *Philo*
sophicâ & Theologicâ, furiosè olim depugnaverunt, evertit omnino à Theologic
Naturæ principia, & quæ veritate ejus nitantur. Hic enim in motè asseri
Totum esse majus suâ parte. Septem autem panes, item quinq; habuisse se pro to
to: septem autem & 12. *cophinos fragmentorum pro partibus. Has autem parte*
& fragmenta longè majora fuisse panibus, ut totis. Ita partes majores toto, totun
minus partibus fuisse: Cujus oppositum univèrsa proclamet Natura. Sed ignorâ
runt vitilitigatores, quid contenderint. Necessum est, totum cum suis partibus
partesq; cum suo toto conferri. non alienis. *Ita æternæ veritatis persta*
bit principium, & in Naturâ & in Theologiâ. Panes 7, & 5. *erant pro totis. cor*
bes 7, & 12. *pro partibus: sed non absolutè & simpliciter: Verùm ut panes miracu*
loso Dei incremento adaucti fuerunt. Ita panes mirabili Dei benedictione auctos cu
micarum corbibus ex eadem benedictione prodeuntibus conferre apertum reddet, pa
nes ita auctos longè majores fuisse micis, ut partibus suis, *& micas ex panibu*
auctis collectas longè minores panibus, ut totis suis *fuisse. Et perstabit verita*
Naturæ principio, quod totum majus suâ parte, non alienâ *aut per singula*
rem benedictionem auctâ, esse edicit. Etiam alia miracula *sub N. Test. pane ef*
perfecta alij tradunt. Hilarion ap. Hieronymum pane & oleo benedicto plurimos cu
rasse scribitur. V. Bellarm l. 3. d. cult. sanctor. c. 7. *Si tamen certæ hoc veri*
tatis, quod quidem c l. *contendit* Bellarm. *Sed superstitio istorum seculorun*
multa ex vanis pro veris admisit.

36. Usus mechanicus *panis est, quo legitimis modis parari, pondus & quali*
tas ejus explorari, & frumenti ad panis quantitatem proportio indagari docetur. Hæ

vel ad pistores panumq; coctores, vel panum coctorum exploratores pertinent. Pisto-
rum est, naturam tritici, siliginis, frugum, unde panes parare velint, probè cogni-
tam habere, quo solo provenerint, pinguinè, an sterili, sicco, humido, an per flato?
Planè enim vitia soli secum trahant fruges. Et id curabunt, ne fruges statim ex
areâ ad molam mittant: sed priùs in loco alio per flatoq; ad tempus reservent, ut ex-
crementitius humor exsiccetur. Recens enim commolitæ fruges plusculum quidem
farinæ reddunt, sed excrementitiæ: Diutiùs asservatæ sicciorem farinam & modi-
cam exhibent. Præterea excrementis fruges repurgare debent, priùs quàm ad mo-
las mittant, ut pulvere, loligine, nigellâ, alijsq;, & mundatas demùm moletrinis com-
mittere. Etiam molarum discrimen est observandum, Variæ enim illæ penes duri-
tiem, soliditatem, & colorem lapidum molarium. Optimæ, quæ ex durißimo lapide
constant. Molliores eroduntur & atteruntur; semperq; calculos rotàndo relinquunt,
qui farinæ misti gratiam & salubritatem pani adimunt, & dentibus admodùm noci-
vum eum reddunt. Et illud advertendum, quâ vi motrice impellantur molæ. Aliæ
vivis aquis in motum aguntur: aliæ per rotas pensiles vi Aeolicâ vel ventorum flati-
bus agitantur. Priorum farina melior habetur, quàm posteriorum, quia agitatio
semper æqualis ac pænè uniformis est per aquam, & sic pistura æqualis frugum, par-
tium æqualitatem in farinâ facit: Inæqualis per ventos inæqualitatem maximam. Ex
molendinis tracta farina benè incerniculis cribari debet, subtilioribus vel patentiori-
bus, ut subtiliorem vel viliorem panem pinsere est animus. Vnde incernicula alia si-
liginaria, alia similaginaria, alia pollinaria sunt. Cribratæ farinæ aqua tepens cum
fermento addenda, massaq; ex his diligenter versanda, ac in omnem partem subagitan-
da; tegendaq;, ne vis fermentescens evanescat. Etiam salis aliquid est adjiciendum,
ut glutinositas massæ validiùs disjiciatur, & sapor gratus pani concilietur. Subagi-
tatio in omnem partem crebra sit & aßidua, quò salis, fermenti, & aquæ vires qua-
quaversùm insinuentur, ac evictâ glutinositate panis benè solutilis reddatur, nec ori
stomachovè tædiosus ac noxius evadat. Vbi versatio minùs exacta est, post cocturam
in pane reperiuntur partes quædam nimis farinaceæ & glutinosæ, quædam nimis salitæ,
quædam prorsùs insipidæ restant. Massa ad panem coquendum secta moderatæ sit
quantitatis, ut commodè quoad omnes partes percoqui poßit: furnus moderatè inca-
lescat; nec nimium, ne panis nimis incrustetur: nec minimùm, ne lentescat. Lignis
siccis, non putridis, cariosis, humidis, aut graveolentibus. Coctura sit moderata, quæ
humorem excrementitium absumat in massâ, non alibilem. Ampliùs de his consula-
tur Brujerinus l.6. d.cibis.c.8. Romæ pistorum, & ut veteres loquebantur, pin-
sorum, certum corpus, consortium, familia, collegium erat, quæ modò pistrino, modò
panificio dicuntur obnoxia: unde non panem tantùm fecisse, sed & farinas moluisse &
subegisse constat, patetq; ex iis, quæ instrumento pistoris Paulus l. 33. ff. t. 7. l. 8.
annumerat, & l. 7. C. The. de pist. & Cat. Vt asinis, molis, machinis, cribris.

Quod & ex Pomponio, Diomede, & Eusebio *confirmat* Cujacius libr. 16. obsrrv. cap. 5.

37. Qui explorando pani publicè *præfecti sunt, observent, ut ad aßignatam mensuram & pondus legitimè panis coquatur, nec alieni quid in eo committatur. Quod versutiâ malitiaq; panificum facilè fieri posse & vetusta, & hodierna exempli confirmavit experientia.* Olim in jure Romano præfecti panum *& frument statuti erant, qui annonæ, frumenti, panumq; curam haberent. Videatur* l. 1. Digest. tit. 2. leg. 2. §. 32. 33. & lib. 50. t. 4. leg 18. §. 7. *Ubi dicitur* Hirenarchæ quoq;, qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur, *personalibus muneribus adgregantur.* Item Episcopi, qui præsunt pani; *& cæteris venalibus, quæ civitatum populis ad victum quotidianum usui sunt, personalibus muneribus funguntur. Conf. etiam* l. 12. Codicis. tit. 59. *& quæ* Cujacius *ad illum locum observat. Ita panes gradiles apud Veteres erant, qui curâ præfecti annonæ dividebantur. Vide* sect. 2. §. 50. *Hic loci* Spiritum panis *vocamus illum, qui indagandis captivandisq; furibus alijsq; sceleratis præfectus est,* den Brod Geist. *Apellatione ex priscorum analogiâ de Episcopis panis traductâ, & apud quos simile officium hirenarcharum erat, qui in publicè sceleratos inquirebant, & ad pœnam trahebant, ut ex Digestis patuit. Ita nostro olim & cura publicorum panum & captivandorum sceleratorum incubuit, Panesq; publicos contra leges paratos fisco ac usibus nosocomiorum inferre debuit.* In Germaniâ superiore, *ut Francofurti, ex 2. libris farinæ 3. libræ panis parari jubentur. Alij accuratiùs rem lustrantes ex 5. libris farinæ 7. libras panis parari posse deprehenderunt, ac hoc in Germaniâ & maritimis civitatibus servari ajunt. Hoc modo ex 90. libris farina 126. libræ panis, aut circiter, pro copiâ furfurum, parari poßint. De quo toto argumento copiosiùs differentem. Vide* Sebaldum Möllerum peculiari tractatu vom Brodbacken/ *Regiomonti Anno 1602. edito, Ubi pleniùs omnia deducuntur, & exemplis firmantur. Apud Parisienses qualis proportio panum ad farinam habeatur, ex Budæo tradit* Brujerinus c l. c. 9.

38. *Ita &* de usu panis Theologico ac Mechanico, *universisq; ejus affectionibus, adeoq;* absolutè *de eo actum. Spectetur & jam* respectivè *ratione cognatorum & oppositorum suorum.* Cognata panis *sunt omnes pultes vel ex leguminibus confectæ, ut hordeaceæ, fabaceæ, oryzeæ, paniceæ, rapaceæ: vel ex fructibus, ut pomosæ, pyrosæ, & similes. Item placentæ varij generis, de quibus* sect. 2. §. 49. *dicetur: Et carnes pisciesq; varij, ex quibus cibos in usum dapum coucinnamus. Ubi quæritur* 1. Utrum magis meliusq; nutriat, panis an caro? *Panis magis nutrit, i. e. efficaciùs, quia & multum moratur in Stomacho & tardiùs convertitur carne, sicq; diutiùs velut alit: Sed caro magis nutrit, i. e. citiùs & faciliùs digeritur, in substantiam membrorum convertitur, & tardiùs à membris separatur:*

paratur: *Majorq; est analogia inter carnem & nostram substantiam, quàm inter panem & illam, unde plus allici*: *natura nutrimentum carnis, quàm panis, tardiusq; abire sinit, & major est oblectatio carnis, ac panis, quamvis hujus major in vitâ sit necessitas*, Dices: *In pane est cibus simùl & potus, nam farinâ ex aquâ subigitur. E. magis nutrit panis, quàm caro.* ℞. *Est quidem potus*: *i. e. humiditas aquosa, quæ non ita nutrit, ac spirituosa, oleaginosa, ac aëria, qualis humidatior.* 2. Cur repletio nimia carnis minùs nocet repletione panis? Vel *quia alimentum panis est firmius & durabilius nutrimento carnis*, V. t. 15. Vel *quia panis majorem plerumq; impuritatem ac viscositatem obtinet quàm caro, cujus viscositas faciliùs corrigitur coquendo, ac panis. Ideò hujus repletio nocentior, illius minùs nociva.*

39. Opposita *panis* privativa & contraria *per analogiam ita dicta aßignari poßunt.* Rigidè *nihil horum in pane est, quia nec habitus est, cujus propria est privatio*: *nec qualitas aliqua, cujus propria est vera contrarietas.* Privativa *erunt panis defectus, cum haberi ille non potest, ut in magnâ fame & annonæ caritate, quâ compulsi homines in usum ciborum rapere coguntur, à quibus Natura aliàs abhorret. Apud Athenienses tanta fames aliquando, ut ad insolites cibos ventum.* Flor. l. 5. c. 3. *Calaguritani in fame nihil non experti sunt.* Idem c. 22. *In Corbulonis exercitu panis inopia, ut carne pecudum famem propulsare coacti fuerint.* Tacit. l. 14 ann. c. 24. *Sub Tiberio plebes acri annonâ fatigata.* Id. l. 4. c. 6. *In castris Antonij contra Parthos tanta inopia, ut duæ libræ panis triticei 200. sestertiis venderentur, hordeaceus panis pari argento penderetur.* Stadius in l. 4. Flor. c. 10. *Romanis quondam fame preßis quidam à 5. filiis panem dare rogatus dolore dißimulato sequi tanquam accepturos jußit. Ubi ad Tiberis pontem venisset, capite obvelato in flumen se præcipitavit, ne filios fame perire videret.* Sigon. l. 19. *Saguntini ab Anibale oppreßi humanas ederunt carnes. Petavij idem in ultimâ fame fecerunt, Cum esset Numantia à Scipione capta, inventæ sunt matres, liberorum suorum semesa in sinu tenentes corpora.* Petron. in sat. cis finem *Cum Vienna Anno* 1485. *à Matth. Corvino obsideretur, modius farinæ* 107 *flor. venijt* Dresser. mill. 6. p. 422. Cræci *famem morbosq; virgis ex ædibus solebant ejicere dicentes*: ἔξω βουλιμον, ἐσω δὲ πλουτον καὶ ὑγίειαν. Foras Bulimum, intrò autem divitias & sanitatem, Plutarch. l. 6. sympoșiac. q. 8. *Brutus cum Dyrrachio Apolloniam per nivem copiosam proficisceretur*: *& cibos gestantium nemo cum assequeretur, panis cibiq; inopiâ in tantum laboravit, stimulante insuper bulimo, ut milites ejus ad muros accurrere, & ab hostibus excubitoribus panem flagitare coacti fuerint, quo statim accepto Brutum recreaverunt.* Plutarch. c. l *Anno* 1631. *in memorabili Suecorum cum Tillio ad Lipsiam prælio inter Suecos tanta annonæ angustia fuit, ut Gustavo patientißimo Regi post toto die toleratam inediam vix aßi panis buccea im-*

 petrari

petrari potuerit. Gebhardus in Orat Paneg. litt. c. 2. *Accolis maris Forbiſſei in ſeptentrione nullis panis nec frumentum eſt, herbas crudas & carnes piſceſq; crudos vorant.* Mercat in Atl. min. p. 23 a. In Germaniâ *hinc inde per bellica hæc tempora ingens panis defectus & caritas extitit. An.* 1631. *tanta annonæ caritas, ut panem* 2. $\frac{1}{2}$ *Stuberorum pro* 10 *ſtub. emere nec ſſum fuerit.* Meteran. Contin. l. 48. p. 136. a. *An.* 35. *Gochi in Cliviâ unus panis* 3. *flor. venditus eſt.* Idem l. 53 p. 429. *Exempli plura* l. 54. & 55 p. 473. 493 514. 559. 568. habet. *Plura aliàs de hoc.* Contraria *panis analogica eſſe poßunt* partim, *quæ pane ejusve materiam corrumpunt*: Partim *qui mirè eum horruerunt, aut carere eo potuerunt aut variè abuſi ſunt* Quæ panem corrumpunt, *mucor, ſitus & mucoſitas ſunt* Mucor eſt corruptio panis à contrario naturæ ejus eveniens. Quæritur hic 1. Quæ cauſa iſtud contrarium ſit? Vel *nimia vetuſtas, quâ nimium ſicceſcit panis, ut humido univerſo abſumpto ſitus tandem panem corripiat, quô velut marcore abſumatur panis, quomodo in ſenibus ob nimiam humidi radicalis abſumptionem marcedinem & tabem ſenilem, ipſamq; mortem naturalem tandem ſubire videmus*: Vel *externum ambiens nimis humidum ac putredini amicum, quòd cùm calore panis debili capi ac conſervari nequeat, corrumpitur, & conſequenter panem in corruptionem trahit. Sic partes panis molliores & inanes citiùs muceſcunt, quia major in illis humiditas. Et in loco clauſo, minimè ventilato, & humente citiùs ſitus panem infeſtat. Eſt ſitus putredo aliqua, & ſic generalibus putredinis cauſis facilè inducenda.*

40. *Inter* Contraria Panis *mucor & mucoſitas* t. 39. *relata ſunt. De his ulteriùs quæritur.* 2. Cur panis, licet vetuſtate muceſcat, indurari tamen in modum lapidis queat? *Quid panis lapidoſus per tropum notet*, t. 29 *tactum Hic de pane citra tropum lapideſcente quæritur. Ejus exempla Autoribus ſunt annotata.* Craſſorus in l. 4. Meteor. Ariſt. *panem cum incluſo piſce percoctum, diuq; terrâ obtectum, poſtea inventum eſſe lapideum narrat. In Muſæo Calceolartano Veronenſi duos panes lapidoſos, miliaceum & ſecaleum, ſervari nota* Ren. Moreau in Salernit. ſ. 2. c. 17. *Qui adeò veros panes referant, ut ignarum vulgus facilè decipiant In Monaſterio Olivenſi in viciniâ Vrbis noſtræ lapidem in templo oſtendunt, qui ex pane verſus ſit, quòd mendicus pauperi panem roganti dare recuſârit, & ſe lapidem tantùm ad abigendos canes in perâ habere cauſatus ſit.* V. Henneberg. hiſt. Pruſſ. p. 339. *Parieti incluſus iſte lapis adhuc hodiè per vitrum oſtenditur. Mulier quædam Macedonianæ hæreſios panem conſecratum à Chryſoſtomo quaſi eum manducatura accepit, ſed ancillæ eum aſſervandum tradens profanum loco Euchariſtici manducavit, qui continuò in lapidem converſus eſt.* Sozomenus l. 8. h. c. 5. Nicephor. lib. 13. c. 7. *Hæc ultima ſi vera, miraculo divino adſcribenda ſunt.* Cæterorum *cauſa eſt*, vel *quia panis terrâ obrutus ſuccum quendam lapideſcentem*

tem à terrâ imbibit, cujus beneficio in lapidem abit: vel *frigore terræ velut congelatus induratur*: Vel *lapis in materiam similem analogam velut formam inducere potest*: Vel *peculiari terræ naturæ panem obruentis id adscribendum, quæ interdum res in lapides convertere potest: quomodo limpidas quasdam aquas in lapides concrescere, & injecta sibi in eosdem convertere scimus*: Vel *simulacra & imagines lapidis isti panes sunt, non genuini lapides, & natura in illorum lusit imagine, ut & in aliorum operum solet, ut Metallica res inprimis testatur, ubi penè omnium rerum imagines adumbratas videmus*. In sacris *velut opposita ponuntur, panis & lapis, quasi admodùm inconsistentia*, ut Matth. 4. v. 3. Luc. 11. v. 11. *Ratio si quæratur, est, quòd lapis ad nutriendum prorsus inhabilis. Panis autem vi multùm nutriente est prædītus*, t. 17. Quidam *allegoricè diabolum panes lapidosos offerre ajunt, non ut nutriat, sed ut magis noceat: Panes offerre, ut lapidet, delicias mundanas, ut perciiiat: Nec unâ manu panem ostendere, alterâ lapidem, ut proverbium habet*: sed simul cum pane lapidem miscere, *ut non tàm pascat, quàm perimat. Lapide insensibiliorem esse, qui lapideo hostis pane; i. e. lapidosis mundi illecebris decipi se ac falli patiatur. Conf. in hunc sensum* Novarinum l. 1. elect. sacr. c. 4. n. 266.

41. *Quæ* materiam panis, *frumentum, corrumpunt*, vel *homines esse possunt, quomodo Simson Philistæorum segetes incendit*, Judic. 15. v. 5. *Alij aliorum segetib. damnum intulerunt, aut fruges jam collectas dissipârunt, quorum exempla ap.* Zuingerum Vol. 5. l. 3. *vide. Ita Princeps aliquis Palatinus hostibus captis panes negavit, quòd miles eorum fruges & segetes perdidisset.* V. Manli. p. 272. Collecta. Vel *bruta mures, glires, locustæ, à quibus ingens damnum interdum frumentis illatum est. Exempla* Idem vol. 18. l. 2. *habet. Sic locustæ Aegyptiæ ingens frumentis damnum intulerunt*, Exod. 10. v. 14. 15. Vel *aëris intemperies, fruges validè interdum corrumpens, & consequenter panis ac annonæ caritatem inferens. Exempla* Zvinger. c. l. & Serarius in c. 19. Josu. q. 11. *habent.* Qui panem horruerunt, *aut eo non usi sunt, illi sunt, qui naturali & occultâ antipathiâ panem ferre aut edere nequiverunt. Vt virgo quædam Chaunis in Piccardiâ 16. annorum fuit, quæ panis odorem ferre nequiit. Solo lacte victitavit, & ubi vel micam panis lacti injectam sensit, horruit, & ex longinquo per odorem id notare potuit* Brujerinus l. 2. d. cibis c. 6. Idem l. 1. c. 24. *rusticum se in Normandiâ vidisse refert, qui nec carnes, nec panes, aut pisces, unquam comederit, sed solis ovis vixerit, unde à vulgo mustela dictus, quòd id animal ovorum avidissimum sit. Abrahamus Carrarum Pontifex toto Episcopatus tempore nec panem, nec legumina, nec olera, quæ igni appropinquassent, comedit, nec aquam bibit. Sed lactucas, intyba, apia, & similia pro cibo & potu habuit, coquorum & pistorum artes ostendens supervacuas narrante* Theodoreto in hist. S. Patrum T. 2. mihi p. 513. *Pambo*

Abbas

Abbas ex eo tempore, quo monesterium ingressus est, nec panem se comedisse, n[illegible] quidquam, cujus se pœniteret, dixisse moribundus confessus est. Albertinu[s] tract. de conviviis. §. 1.

42. Qui pane abusi sunt, illi esse possunt, qui eo vel ad venificia sunt us[i] quod Zauberbrod/ungesehene & unsichtbare Brodt vocant, & apud Magorum ac lamiarum præcipuos usitatus est: Quanquam satis distinctè negotium de h[oc] pane cognosci vix potest, cum occultissimè & pro præcipuo quodam artificio ma[gi] eum asservent. Apud Romanos Aul. Cluentius à T. Attico Pisaurensi accusat[us] est, quòd Oppianicum vitricum veneno in pane dato sustulisset. Quod Cicero pr[o] improbabili, novo, & prorsùs incredibili habet, Orat. pr. Cluent: §. 173. dicens: Iam verò illud, quàm non probabile, quàm inusitatum, quàm novum, I[n] Pane datum venenum? Faciliusne potuit, quàm in poculo? Latentiùs potuit abditum aliquâ in parte panis, quàm si totum colliquefactum in potione esset? Cele[]riùs potuit comesum, quàm epotum in venas etq; in omnes partes corporis permanere? Faciliùs fallere in pane, si esset animadversum, quàm in poculo, cum ita confusu[m] esset, ut secerni nullo modo posset? Vel qui ad fures explorandos eo abutuntu[r], V. §. 28. Vel contemptim & Epicureo modo eum usurpant, nec orantes super e[o] accipiendo, nec de accepto gratias agentes: ut Athei: Epicurei, Impij, & contem[]ptores rerum divinarum solent. De quib. rectè dicitur: Ad mensam residens & cibo non benedicens; Hic residet ut sus, & surgit ut alter asellus: Ve[l] qui pani cubito incumbunt, quod pudendum Siracides c. 4. v. 14. ait, Vereq; ru[]sticanum & incivile, ingens irreverentiæ in Deũ, superbiæ, gulositatis & contemptu[s] in creaturam est signum, quomodo porci siliqvis, & boves pascuis incubare solent. Ali[i] allegoricè magis, quàm propriè, id exponunt, ut Palacius, Rabanus, Lyranus aliq;. Sed proprius sensus est convenientior: Vel qui idolis & fictitiis numinibu[s] proventum aut copiam ejus assignant, ut impij Iudæi, Jer. 44. v. 17. Hos. 2. v. 5. Et gentiles, qui variis fictitiis Diis inventionem ejus tribuebant, V. d. 1. t. 13. Ve[l] ad nefanda sacrificia eo utuntur, quomodo Opithæ s. serpentini serpenti, quem cole[]bant, eò quòd ipse pomum vetitum suggerendo principium cognitionis boni & mal[i] primis parentibus fuisset, panem offerebant, & serpens incantamentis occupatu[s] de speluncâ altari vicinâ egrediebatur, aramq; conscendens panem eorum lambebat, & se circa oblationes devolvens iterùm ad speluncam regrediebatur. Quo peracto ob[]lationes in Eucharistiam confringebant, quasi à serpente Christo, ut illi putant, san[]ctificatus. Vt Epiphanius hær. 37. Et Lutzemburg. in Cat. hær. de Ophitis narrant. Putaturq; iste serpentis cultus à Nicolaitis, quorum Apocal. 2. v. 6. 17. mentio, ad eos deductus, ut Lutzemburg. c. l. addit.

43. Similiter adhæc illi pertinent, qui ad luxum, mundanam nequitiam, & si[]mile quid pane abutuntur. Sic Romani olim faciem pane madido liniebant, ut le[]

leviga-

vigarent eam, Sueton. in Oton. §. 12. *Faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum: idq; instituisse à primâ lanugine, ne barbatus unquam esset.* Juvenal. sat. 2. v. 104. seq. *de hoc ipso Othone loquens:* Et curare cutem summi constantia civis, Et pressum in faciem digitis extendere panem. *Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe Mœsta nec Actiacâ fecit Cleopatra carinâ.* Sat. 6. v. 462. *Interea fœda aspectu ridendaq; multo Pane tumet facies. Et illum quidem lacte asinino macerasse* v. 469. *notat* Juvenal. Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur, propter quod secum comites educit asellas. Exul hyperborererum si dimittatur ad axem. Sed quæ mutatis inducitur atq; fovetur tot medicaminibus coctę siliginis offas accipit & madidæ, facies dicatur an ulcus? *Fertur enim lac asininum teneram, erugatam, candidam, reddere & servare cutem. Quare Poppæa Neronis uxor, adquam alludit in exilium missa* 500. *asinas secum ad cosmeticen & emendandam faciem duxit.* Plin. l. 11. c. 41. & l. 28. c. 12. *Et candidi panis è siligine, fabâ aut oryzâ cocti, lacteq; asinino macerati offa ad politiem faciei facere similiter creditur.* Item *qui panem in oblectamentum sibi projiciunt,* vel *ultra modum eum sumere alios cogunt, ut morbos mortemve inde sumentibus concilient, quod furiis militaribus per hodiernas civiles discordias usurpatum tragica seculi docuit experientia:* Aut *aliàs indebito modo panes tractant,* Aut *ad incompetentes finis adhibent. Sic Episcopus Moguntinus quosdam Cœnâ sub utraq; specie usos incarceratos fame necare voluit: Et procùl panem & vinum ostendi jussit, cum verbis additis, Accipite, comedite: accipite, bibite.* Manlius Collect: p. 89. *Musicos quosdam Regis Sigismundi, cum in Sueciam venisset, à militibus Caroli truncatis manibus mari injectos* Trisarolus in refut: Orat: Scitten. p. 125. *tradit, quib. panis in os datus, adjecto convitio, ut quia piscatoriâ religione uterentur, de piscium captura obsonarent. Clemens V. Papa Francisco Dandalo Venetorum Duci sub mensâ velut cani detento panes & cibos superbè projecit.* Sabellic. dec. 2. l. 1. *Partborum Rex in lectulo discumbens convivis in terrâ sedentibus, panes cibosq; ut canibus projicit, quod* κυσὶ σιτεῖσθαι, *caninè cibari est.* Alsted. 3. Eth. c. 25. *Et quæ hujus generis esse plura queunt.*

44. Ad panes abutentes ad illi *pertinere queant*, qui *variis commentis de pane fictis tanquam veris, hominibus illudunt. Qualia apud* Rabbinos *complura. Ita de tribus Rabbinis* 12. *annis in speluncâ occultatis fingunt, quòd fame conflictantibus Deus arborum eduxerit, panem S. Ioannis, ut vocant, ferentem, & aquæ scaturiginem prorumpere fecerit, referente* D. Heluico in legend. Jud. p. 1. c. 11. *De Rab. Chaninâ fingunt, quòd corvo & cani in itinere de fame querentibus panis frustra suppeditârit, Cui corvus in gratitudinem aquam ex inferno & paradiso ad postulatum Reginæ cujusdam suppeditaverit & canis annulum ex apri corpore extraxerit, apro in frustra dilacerato.* Idem. c. 15. *De filio sancti alicujus fabulantur,*

quòd panem piscibus quotidiè projicere jussus tandem à Leviathan devoratus i rumq; ejectus & cognitione 70. liguarum instructus fuerit, quâ garritum avium i telligens à cornice de ingenti thesauro abscondito edoctus ditissimum in hominem e serit. Id. c. 23. De R. Hunâ narrant, quòd placentam carceris figurâ coquen eaq; se abdens pluviam à DEO impetrârit, cujus guttæ orificium vasis vinarij qu titate æquarint, & mensuram aquæ singulæ continuerint. Id p.2. c. 21. Quanqu subtiliores Rabbini pro placentâ circulum interpretantur. Significat n. Hebræ ככר circulum & ambitum, quomodo intra circulum consistens orârit, quod & Mose & Habacuco narrant, quòd Deum pro populo orantes circulose incluserint Qu & magis solenni esse novimus, cum spiritus adjurare, aliavè magica patrare volu De R. Chelkiâ referunt, quòd filiis panem distribuens majori unum, minori duo fr sta aßignârit. Causam rogatus, majorem domi quotidiè esse, ideoq; cibum fil quantum luberet, sumere posse, minorem in ludo literario vivere, eoq; majorem p tem ipsi suppeditandam responderit. Id. c. 29. De Sodomitis narrant, præter a scelera & hoc apud eos viguisse, quòd mendicis nemo panem, sed monetam nom suo insignitam erogârit. Mendico a. inediâ extincto quilibet accesserit, Suamq; m netam iterùm abstulerit. Mulierem aliquando panis aliquid mendico erogasse. Q cognito reliquos denudatam illam melle totam inunxisse, ac soli exposuisse, donec pum aculeis puncta expirârit. Id. c. 35. Apud Ezechielem c. 16. ỽ. 49. in peccata Sodomæ recensetur, quòd egeno non auxilium præstiterint, manumq; paup ris non confirmarint. An hoc modo id præstitum, ambiguum est. Inhospitales ip fuisse ex Gen. 19. v. 2. 5. 9. patere potest.

Auctuaria.

Ad t. 17. p. 25. hujus sectionis hæc addi possunt. Universalis etia panis cibus est; quia omnia membra *simùl ille alit, cum reliqui cibi fe mè particularibus membris sint accomodi, unumq; meliùs & commodiù quàm alterum nutriant. In frusto panis nutrimentum omnium membr rum simùl est, & virtus ejus universo corpori ejusq; partibus restaura dis conveniens est.* Conf. Tren. 2. v. 12.

Ad th. 28. *De temperanter assumendo pane* Senecam l. 1. ep. 123 *vide.*

Hæc de Pane in genere cum DEO pro sectione priore disceptata sunto.

DE PANE EJUSQUE NATURA
SECTIO POSTERIOR,
Varia Panum genera recensens.

THES. I.

PHilosopho *aßignatum olim* à Stoicis, *non quæ ante pedes & in terrâ solùm speculari: sed & velut iis non contentum animum ultrà porrigere, ac Deum & divina proferre, & quæ circa illa sunt, meditari. Idem hodieq́ in Philosophiâ observari apertum est. Pars ejus ad Deum Spiritusq́ meditata intendit, nec oculis contenta majus quiddam pulcriusq́ suspicatur, quod extra conspectum Natura posuerit. Sed in his solis opera non collocanda, & cœlestia speculanda, relictis aut despicatui habitis, quæ ante oculos pedesq́ sunt. Secus non injustè risum ancillæ cum Thalete mereamur: aut illud Socratis occentum audiamus:* Ecquando de cœlo descendisti, ut illa videris? *Etiam illa cogitatis & discußionib. perlustranda, quæ in terris mirando observamus, aut discussu digna. Nec inferior hæc à miraculis cessat aut abhorret Natura.* Panis solus *exemplum sit, mirabile ac communißimum homini alimentum. Vidit præcedens sectio miracula ac usus quotidiani & utilißimi nobis obsonij. Ejus naturam vestigare nec minùs necesse est, ac cœli plagas lustrare; nec minus utilitatis aut jucunditatis junctum habet. Iam porrò animum in multas variasq́ panum rationes & modos intendamus, & mirabiles panum varietates* cum DEO *perlustremus.*

2. *Cum* panis nomine *communißimè varia admodum ciborum genera notemus quædam impropriè panes appellantur, cum sub nomine communione diversam planè ab pane habeant naturam: quædam propriè & magis presso significato: Vi universum illud genus amplâ quadam divisione* quæ si non rei ipsius; saltem nominis in re sit distinctio, *complectamur, in antecessum velut panem communißimè dividamus* in propriè & impropriè dictum Panis propriè dictus erit, qui materiam & formam veri panis habeat. *Materia est farina & aqua: forma masticabilis ad nutricandum animal consistentia. Prout hæc ex præcedenti* sect. t. 10. *patent.* Impropriè dictus, qui illa *non habet, sed aliud quid, aut nomen panis ex analogiâ vel homonymiâ obtinet.*

3. Impropriè dictum panem *primò lustrabimus, ejusq́ generalem velut divisionem prælibabimus.* Improprius sive analogicus panis vel corporeus, vel spiritualis est. Corporeus, *qui maßâ & substantiâ corporeâ est præditus. Hic* Vel prorsùs singularis *& extraordinarius*, vel quodammodo singularis *esse potest. Prorsùs extraordinarius, qui nullâ vi opeve humanâ est introductus, sed divinâ. Talis* manna Israëlitarum *in deserto, quem panis nomine vel absolutè,*

vel cum additamento in Sacris venire sect. 1. t. 3. notatum. De hoc pane quædam in nomine, quædam in re notanda veniunt. In nomine, 1. Homonymia. Vox mannæ interdum notat spiritualem quandam rem, analogiâ mannæ respondentem. Sic Christus vocatur manna absconditum. Apoc. 2. v. 17. Quia cibus spiritualis ad vitam æternam fideles enutriens est. Joh. 6. v. 48. 49. seq. Interdum roris certum genus. Sic apud Physicos & Pharmacopæos manna Calabrina dicitur. Interdum micas thuris è guttis majoribus vecturæ concussione elisas. Sic ap. Plinium l. 12. c. 14. Et antiquis Medicis thuris substantia in thus, corticem ejus, & manna, divisa fuit, quod pollinem thuris alij dixerunt. Interdum cibum Israëlitarum per 40. annos cœlitus subministratum. Ita in Exodo passim. V. sect. 1. t. 3. Hoc modo hic sumitur. 2. Etymologia. Illa explicatur Exod. 16. v. 15. 31. Videntes Iudei, quid extra castra è nubibus descendisset, מָן הוּא dixerunt: postea vocarunt מָן Vbi לו מָן interrogativum & âdmirativum quidam habent, dictum: Quid hoc? מָן enim Arabibus, Syris, Chaldæis, Aegyptiis, idem est, ac Hebræis מָה. Aegyptiorum autem linguâ tùm eos usos, cum noviter ex Aegypto egressi essent, non incredibile est Drusio ad loca Exod. c. 27. Et ad hanc rationem multi interpretes. Vt LXX. Vulgatus. Josephus l. 3. ant. c. 1. Origenes, Hieronymus. Theodoretus, Cyrillus Arias Montanus, Corn. à Lapide, Jansenius, Rungius, aliiq;. Sed è diverso alii illud nominaliter vertunt, ac à מָנָה deducunt, ut sit idem ac portio, pars, munus, donum præparatum. Et hoc commodiùs. Sic enim convenientia nominis cum re ipsa, erat enim manna revera munus divinitùs paratum; determinata Israelitarum appellatio, v. 31. 33. 35. & Num. 11. v. 6. & libri sapientiæ c. 16 v. 20. panem partum explicantis confirmatio aperte docent. Ita Lutherus Junius, Vatablus, in Exod. 16. Scharpius in symphoniâ epoch. 4. q. 28. Buxtorfius in Lex. D. Walterus d. Manna, §. 1. Martyr. clas. 2. L. Com. l. 16. §. 18. aliiq;. 3. Synonymia. Dicitur etiam cibus, esca vel panis Angelorum v. S. 1. t. 3. esca Ambrosia, Sap. 19. 20. q. quæ immortales doceat, quomodo Poëtæ nectar & Ambrosiam nutrimenta Deorum putant. Cœli triticum, Psal. 78. v. 24. quòd frumenti loco à DEO cœloq; ...tur panis de cœlo, Exod. 16. v. 4. quòd ex nubibus dimissus: frumentum cœlorum, vel quòd ex aëre descendit, cœlum enim interdum pro aëre, ut volucres cœli; vel quod à Deo præparatum; Cœlum enim pro Deo quandoq; sumitur, Luc. 15. peccavi in cœlum: spiritualis 1. Cor. 10. v. 2. quòd præter naturæ cursum spirituali & miraculoso modo data fuerit, & spiritualem typum ad verum manna cœleste, Christum gesserit, ut t. 10. patebit. Alii & quod spiritum beneficio, hoc est, angelorum vel Christi Israëlitis data fuerit. Vt Bellarmin l. 2. d. Sacram. cap. 17. Qui Chrysostomum & Theophylactum in 1. Cor. 10. id dicentes allegat. Cui a-

oriter

criter se Chamier opponit l. 2. d. Sacram. c. 2. §. 11. seq. *& nec Chrysost. aut Theophylactum id dicere contendit, sed potius* Ambros. Anshelmum, Athanas. Sedulium, Haymonem Halberstatensem, Lyranum, Lombardum: *Nec si dicant, continuò certum fore. Potiùs ratione spiritualis significationis & effectus in Iudæis sic dici ait, quòd in manna ipsum Christum spiritualiter comederint credentes Iudæis, perindè ut nos in Eucharistiâ, & sic cibus potusq́; spiritualis mannæ & aqua propter Christum fuerint, quem significârint. In Sacramentis non attendi, quid sint: sed quid significent: Nec Christus aliter cibus aut potus sit, quàm spiritualiter, ne in Cœnâ quidem. Et cum spiritualis significatio effectum sit Sacramentorum, idem sit dicere, cibum potumq́; spiritualem vocari ob significationem, & ob effectum.*

4. *In hac Authorum diversitate,* quædam *contra Papistas concedi possunt, Vt, efficaciam spiritualem remißionis peccatorum eandem in Sacramentis V. T. fuisse, quæ in nostris, quod Papistæ aliàs negant: Iudæos nonnisi spirituali esu potuq́; Christi salvari potuisse, ut & nos: Mannā aquam speritualia dici: quòd spiritualiter Christū figurârint, ejusq́; mystici typi fuerint Sed tamen* quædam *meris hypothesibus nituntur, Vt Iudæos eandem escam spiritualem nobiscum comedisse, quod nec dicit* 1. Cor. 10. *Apostolus, sed inter se eandem comedisse ait: Nec si diceret, statim nostra Sacramenta cum Veteribus eadem constare substantiâ sequeretur, ut inde non aliter nobis in Cœna, quàm illis Christum præsentem diceres. Illorum n. spiritualis cibus in typo, umbrâ, & futuri, nondum realiter præsentis ac constituti figuratione fuit: Noster in antitypo, corpore, substantia, & realiter præsentis ac jam constituti exhibitione. Spiritualis illorum cibus fuit, quia Spiritualis cibi typus: Noster, quia ipsa mystica & spiritualis substantia est. Nobis ut in carne jam exhibitus & realiter in substantiâ præsens: Illis ut futurus, exhibendus, exspectandus, & intentionaliter in typis & figuris, manna, aqua, aspiciendus & percipendus, non in ipsa substantiâ & corpore comedendus exhibebatur, cum nondum illa tum assumpta, sed suo tempore assumenda. Comederunt carnem Christi, sed spiritualiter in typo mannæ significatam: Nos substantialiter in corpore jam exhibitam. Ipsorum n. gesta typi nostrorum fuerunt, v. 6 At typos rerum & antitypos, umbras & corpora, figuras & soliditates ac exhibitiones, ejusdem substantiæ dicere accuratus loquendi modus non permittit. Cum autem de Sacramentorum substantiâ traditur, exhibitiones illas omninò implicare oportet, si eandem illis substantiam aßignare velis. At exhibitiones in Sacrmentis V. T. & nostris diversißimæ & oppositæ sunt. In illis res ipsa absens, nobis præsens: in illis, ut futura, nobis, ut exhibita, illis sub umbra & imagine, nobis substantiâ & veritate adest. Et typicam illam comestionem & bibitionem Apostolus insinuat, cum de petrâ eos bibisse, non absolutè ipsam petram dicit, & in multis DEO displicuisse tradit, quod de verâ spirituali Christi percepeione*

 non

non dicendum, quæ semper salutaris, Joh. 6. v 35. 54. *Vt alibi plenius discepta*
tur. Deinde *& effectum Sacramentorum esse spiritualem significationem, falsu*
est. Collatio potius & obsignatio gratiæ Evangelicæ est: Significatio tantum adjun
ctum aliquod. Etiam *id vix solidum, ob effectum & significationem spiritualem s*
dici, non causam. Subordinata enim hæc, & utraq; conjungi possunt, ut & Patre
ac Scholastici quidam fermè conjungunt. A Christo dabatur manna & aqua, tan
quam à petrâ comitante, 1. Cor. 10. v. 4. *& ab hac sub typo aquæ biberunt, & s*
spiritualem potum biberunt.

5. *In re hujus panis quædam* absolutè, *quædam* comparatè *observari pote*
runt. Absolutè *Definitio, causæ, & affectiones.* Definiri *potest* manna, pani
improprius supernaturalis, peculiariter à Deo formatus, rotundus &
dulcissimus, in nutrimentum Israëlitarum per peregrinationis in deser
to tempus miraculosè subministratus. *Dicitur* panis, *quia Israëlitis tempo*
re peregrinationis loco panis dabatur, eosq; pro illo tantisper nutrire debebat, done
ad terram Canaan pervenirent. Improprius, *quia materiâ & formâ proprij panis*
farina & coctione masticabili caruit proq; illis alius corporis & formæ analogiam ha
buit. V. t. 6. *Vnde negantur Israëlitæ pane, proprio nempe & communi, cibati es*
se per tempus peregrinationis suæ. Deut. 29. v. 6. *Et manna panis per analogiam*
dicitur. Quod n. in pane proprio farina & consistentia cocturæ est: id in hoc mate
ria incognita & figura consistens rotunda, alba & minuta. t. 6. Supernaturalis
quia non vi naturæ elaborabatur, ut ros aut manna matutinum in Syriâ, Poloniâ
Calabriâ, Hispanniæ quibusdam partibus, aliisq; regionibus, quod mel aërium &
roscidum vocatur, unde colligitur cibus, quem apud nos ex Poloniâ advectum
Schwaden *vocamus. De Syriæ mannâ ad montem Libanum* Gelenus l.6.d. alin
De Polonico Cor. à Lapide in Exod. 16. v. 21. *videantur.* Vallesius c 57. sac
Phil. *manna Hebræorum idem cum hodierno, quod ad usus Medicos colligitur, fuis*
se putat, quòd eadem cum hodierno ejus descibitur generatio. Exod. 16. 14. Num
11. v. 9. *Et quòd vim purgandi laxandiq; corpus obtinuerit.* Num. 21. v. 6. Sec
diversitas ex multis apparet. Manna Israëliticum per totum desertum, & ubi I-
sraëlitæ morabantur, fusum est. hodiernum tantùm in quibusdam Syriæ locis ut Liba-
no, colligitur: Hoc per certa tempora defluit, vel in Martio & Aprili, ut in Sy-
riâ, vel in Iunio & Iulio, ut in Polonia: Sed Israëliticum per totum annum quo-
tidiè delapsum est. Illud molle est, linguæ impositum liquescit, ad solem non lique-
scit, nec noctu putrescit. Hoc durum fuit, ut molâ & pistillo ad parandas placentu-
las comminui oportuerit. Illud exiguâ copiâ decidit, ut non aliquod millibus homi-
num alendis sufficiat: Hoc tantâ copiâ delapsum, ut 600000. *homines eo ali po-*
tuerint. Illud non alit, nec sanguinem bonum gignit, aut nutrimentum saturitatis
præbet, sed medicamentis miscetur, & laxandi vi præditum est. Hoc aluit suffici-

enter,

enter, & laudabile nutrimentum suppeditavit. Illud naturale est, vi naturæ usitatoq; modo genitum; Hoc infinitam Dei sapientiam magis illustrat, & solis naturæ viribus non suppeditatum fuit, secus hodie nùm descenderet, quod non, t. 8. De vi laxandi nil in sacris est. Quòd Num. 21. cibus levißimus dicitur, ratione contemptus est, quomodo Hebræi rem vilißimam levem dicunt, à קָלָה quod vilescere notat: non laxationis, q. vi laxandi fuisset præditus. Nec pro rei veritate ita manna appellant Israelitæ, sed judicij & animi ingrati temeritate.

6. Dicitur ulteriùs, peculiariter à DEO formatus; quod ab efficiente sumitur, ut ostendatur, non solius naturæ vi aut naturali modo illum panem generatum, prout hodiernum manna generatur; sed singulari & miraculoso Dei concursu effectum esse. Non mere generaliter Deus ad hunc panem formandum concurrit, ut ad cætera opera naturæ solet, quæ omnia ab ipso & per ipsum sunt. Rom. 11. v. 36. Sed singulariter & extraordinariè, formando illum mirabili modo, unde emphaticè Deo formatio ejus adscribitur. Exod. 16. v. 15. Sap. 16. v. 20. Ex materiâ abstrusâ & incognitâ, quæ in sacris descripta non est. Nam quòd quidam manna ipsum rorem decidentem super castra, Exod 16. v. 13. fuisse putant, ut Josephus, Greg. Nyssenus, Philo. Tostatus, aliiq;, contra v. 14. & Num. 21. v. 9. est, ubi apertißime à rore simùl decidente distinguitur: Et contra figuram mannæ ac saporem, Exod. 16, v. 31. Num. 11. v. 7. 8. quæ in rore non ita observantur. Ros supernè & infernè mannæ impositus fuit, ut ejus velut tegumentum, vehiculum & lectisternium, quo à sordibus terræ & injuriis aeris a. insectorum defenderetur, ut & Rabbini ex vetustis traditionibus sentiunt, non autem ipsa substantia mannæ fuit. Ministerialis causæ Angeli esse potuerunt, quorum operâ Deus in formando isto pane uti potuit. Quomodo hinc quidem panem Angelorum dictum putant. V. sect. 1. t. 3. Ex Figurâ & sapore rotundum & dulcissimum dicitur. Exod 16. v. 14. minutum & rotundum dicitur. De minutie ex adjectâ comparatione pruinæ patet. De rotunditate ambiguum facit obscura vox מְחֻסְפָּס, semel in sacris occurrens, & perquàm variè reddita interpretibus. Quidam per decorticatum, vulgatus q. pilotusum, quòd decorticatum & folliculis exutum fuerit, ac si pilo aut molâ cortex tritico auferatur, ut Corn. à Lapid. explicat: Quidam per attenuatum, alij per rotundum, ut Lutherns, Tremallius, AbenEsra, Pagninus, Piscator; Buxtorff. Et verißimum hoc ultimum esse partim comparatio cum pruinâ, quam in granula minuta rotundaq; conglobari scimus; partim cum coriandri semine docet, v. 31. & Num. 11. v. 7. quod rotundum, etsi non album est, quod de Mannâ simùl, tanquam novum quid & insolens, adducitur. Coriandri semen nigrum est. Et malè LXX. instar albi seminis coriandri vertunt. Cum manna coriandro in figurâ & rotunditate componatur, non colore & albedine.

7. Ex

7. *Ex sapore dicitur* dulcissimus. *Dulcedo* Exod. 16. v. 31 *circumscribit*, *quòd fuerit tanquàm lagani seu placentæ similagineæ melle illitæ, si scilicet crud*[...] *& in se citra præparationem comederetur. Præparatum & in placentam coctum* [...]*porem placentæ oleatæ habuisse dicitur.* Num: 11. v. 8. *id est instar præstantissi*[...] *ex oleo, quod summum esse Physici disputant. Author libri* Sapientiæ, *omnem* [...]*borum gustum exhibuisse ait*, c. 16. v. 20. *Quod quidam in ipso mannæ sapore p*[...]*nunt, quasi omnis cibi, quem vellent Israelitæ, saporem continuisset: alij in ej*[...] *præparatione agnoscunt, quòd quovis modo parari potuerit, ut coqui, assari, fri*[...] *siccari: alij in ipsius substantiæ mutatione, quasi in ovum, gallinam, mel saccaru*[...] *ad cujusq; placitum se commutaverit, ut* Valentia T. 4. d. 6. q. 3. p. 2. n. [...] Bozius l, 13. d. not. Eccl. c. ult. *Alij aliter. Incerta hæc omnia sunt, ince*[...] *libri Sapientiæ authoritate nixa, & commentis Rabinorum interdum superstruc*[...] *Libri Scripturæ Canonici nihil de eo habent, & saporem mannæ ad certum genus* [...]*stringunt, non in varietate cujusq; palati, cibi, aut substantiæ mutatione, reli*[...]*quunt. Nec populum desiderium carnium, piscium, aut hortensium ciborum sub*[...] *potuisset, (quanquam duræ cervicis populus esset,) si quemvis saporem aut ips*[...] *substantiæ mutationem ita facilè in mannâ habuisset, ut alibi pluribus disputatur.*

8. Ex fine *ad ultimum dicitur*, in nutrimentum Israelitarum per pere[...]grinationis tempus miraculosè sub ministratus. *Finis mannæ proximus f*[...]*it, ut eo cibaretur & saturarentur Israelitæ.* Exod 16. v. 12. 15. Psal. 78. v. 2[...] *Remotus, partim, ut obedientiam eorum exploraret Deus*, Exod. 16. v. 4. Deu[...] 8. v. 16. *partim, ut gloriam suam manifestaret*, Exod 16. v. 7. *quà se & pr*[...]*sentem illis*, v. 19. 11. 12. Deut: 6. v. 7. *& benefecisse illis, ac porrò benefact*[...]*rum esse*, v. 8. Deut: 8. v. 16. *& omnipotenter quovis promisso ac medio homin*[...] *conservare posse, testatur.* Deut: 8. v. 3. Sap: 16. v. 26, Ex tempore *subm*[...]*nistrati Mannæ per peregrinationis tempus subministratus cibus dicitur. Capit m*[...]*raculosè à Deo dari manna Anno primo exitus ex Aegypto, mense 2. die 16.* Exo[...] 16. v. 1. *Mensis illi partim nostro Aprili, partim Majo respondet. Dies temp*[...] *innuitur matutinum & antelucanum*, Exod. 16. v. 13 *Quibusdam dies illa pri*[...] *Sabbathi seu dies Dominica existimatur. Duravit subministrari* 40. *annis, quib*[...] *peregrinatio in deserto duravit*, Exod: 16. v. 35. Judit: 5. v. 15. *Siunus mensis d*[...]*matur, quo ex Aegypto egreßi in desertum Sin venerunt, ubi Manna subministra*[...] *cœpit.* Exod: 16. v 1. *Et cibariis ex Aegypto allatis interim vixerunt*, c. 12. v. 3[...] 38. 39. *Conf.* Josephum l. 1. antiq, c 5. *Desinente farinâ ex Aegypto alla*[...] *Deus manna subministravit.*

9. *Sed*, an illo tempore, quo mannâ cibati sunt, etiam aliis cibis u[...] fuerint, ut carnibus, piscibus, fructibus, quæritur? R. Salomon [...] Josephus c. l. *Solo Manna cibatos faciunt. Et pro pane quidem solum manna ha*[...]

buerunt

habuerunt. alius panis ad manus non fuit. Unde vice panis manna suppeditatur. Exod: 16. v. 12, 15, 29, 32. *Et panem, vulgarem nempe & aliàs usitatum ac vitæ necessarium, per 40, annos non comedisse dicuntur.* Deut. 29. v. 6. *Sed præter manna & carnes in usum ciborum adhibuisse caturnices docet, binis mansionibus suppeditatæ.* Exod 16. v. 12. 13. Num: 11. v. 31, 32. *Ac copia pecorum, quam ex Aegypto secum duxerunt* Exod: 12. v. 38. *Ex quibus in escarum usum aliquid interdum absumere nusquā vetitum legimus: & cibus ab Edomitis emere jussus.* Deut: 2. v. 6, 28. *& annona,* צֵדָה*, in triduum parari à Josuâ jussa.* Jos: 1. v. 11. *Quod de Mannâ facere non licebat, quod singulis diebus tantùm colligendum erat, (excepto sexto die,) nihil in crastinum reservandum.* Exod: 16. v. 19, 21. *Et per* צֵדָה *ad iter & bellum pertinentia intelligere velle, à significato vocis, quod victum ex venatione captum, & interdū omnē cibum notat alienum est.* Serarius in c. 2. Josuæ p. 2. q. 1. *& manna hic includi putat, & extraordinariè hoc tempore à putredine per Deum fuisse servatum, ut & 6. & 7. die Septimanæ, & in arcâ,* Heb. 9. v 4. *servatū per multos annos miraculosè citra corruptionē est. Verùm cum Manna ordinariè non duraret, & extraordinariè singularīq; miraculo Deum in servando illo concurrisse Iosua non memoret, haut omissurus, si & hic novo magnoq; miraculo in principio officij novus ille dux inauguratus esset, quale ad conservandum à putredine requiri ipse* Serar. in c. 5. q. 35 *concedit, alios à Mannâ cibos & obsonia cum* R. Kimchi, Tostato, Masio & Walthero d. man: §. 92. *intelligere non est improbabile. Desiit subministrari Manna, cum in terram Canaan venissent Israelitæ, in Gilgalis castra metarentur, & frumentis terræ istius vescerentur.* Jos: 5. v. 10. 12. *Nempe 16. vel 17. die primi mensis cum ante 40. annos ex Aegypto egreßi in terram Canaan poßidendam jure intromißi fuerunt.* Exod: 12. v. 6, 41. Rabbini *quidam in morte Mosis cessasse dari Manna, & quod ab eo tempore collegerunt, miraculosè ad esitationem frugum Canaan durasse delirant, ap.* Serar. in c. 5. Jos. c. l. *Sed nullibi id in sacris scriptum: & miracula sine causâ fingere vanitati ingenij humani latas fenestras aperire est, nunquàm feraciùs luxuriantis, quàm cum fingendis miraculis & extraordinarijs casibus præbetur occasio.* Ignoto Deo aras hoc est erigere, *ut in simili aliquando loquitur* Mendoza d. 9. phys. §. 23. Josephus l. 3, ant: c. 1. *adhuc in Iudæâ suis temporibus manna istud totâ istâ regione depluisse, & penuriam ciborum suplevisse scribit. Sed scriptura in contrarium est, cui tutiùs creditur, quàm Iosepho. Quidam 17. die primi mensis post ingressum Manna cessasse putant, & postridiè* Jos: 5. v. 12, *non de postridiè paschatis,* v. 11. *Sed secundi diei paschatis intelligunt, ut 16. fuerit secundus paschatis, & hujus postridiè 17. quo demùm Manna ceßârit.* Serar. c. l. *Cujus rationes ibi vide. Res non est magni momenti.*

10. Ita definitio Mannæ fuerit: Causa ejus, efficiens, materia, forma,
finis, ex t. 6, 7, 8. patent. Affectiones ejus sunt figura, color, sapor, quæ e t.
6. 7. patent. Utilitas, quæ & naturalis fuit, ut nutrimentum gratissimum x-
hiberet, t. 8. & ut quidam volunt, Medicinalis, ut laxare & convenienter pr-
gare corpora potuerit, ut Vallesius c. 57. sac. Ph. Quod incertum tamen, t.
5. tactum. Collectio ejus, mensura & distributio. De quibus Exod. 16. v. 16 8.
22. vide. De Mannâ Prudentius in ench. hist. V. & N. Testament. Pai-
bus angelicis inquit, albent tentoria patrum: Certa fides facti, teet
urceus aureus ex inservatum Manna.

11. Sic absolutè Manna spectatum: Respectivè in Eo convenientia & discr-
tia spectari possit. Convenientia ratione typicæ præfigurationis, quam ad quas m
res habuit, ut Evangelium, Christum, & Eucharistiam nostram. Evangeliu:
Nam ut Manna noviter à Deo suppeditatum, antè ignotum, solâ gratiâ Dei dat n,
omnibus communicatum, dulcissimum sapore, purissimum corpore efficacissimi i-
gore & nutritione, impiis & ingratis Iudæis tandem tædiosum erat: Ita ista omnia
quadrant in Evangelium. V. Rom: 16. 25. 2. Tim: 1 9 10. Matt. 11. 18. Ps: 2.
v. 11 1. Pet: 2. 2. Rom. 1. v. 16. 1. Cor: 1. v. 18. 23. Iisdem ex causis & v-
bi divini in genere typus manna esse potest. Christum: Nam ut Manna donũ sin-
lare à Deo paratum, ex materiâ singulari & incognita, admirabilis saporis, virtutis &
efficaciæ, omnibus Israelitis promiscuè concessum, & sufficiens cibus in fame e,
figuræ rotundæ & minutæ, coloris purissimi, pilo tusum molaq; fractum cibum i-
nistrabat: Ita hæc omnia spirituali analogiâ in Christum quadrant. Christus
Dei gratiâ hominibus datus, de cælo conceptione ex Spir. S. Nativitate ex vir ne
mirabili productus, saporem, & dulcedinem, & vigorem spiritualem admirabilem -
bet; singulis hominibus quâ vim, meritum & intentionem Patris datur, & fi-
bus & infidelibus, & Iudæis & Græcis, & gentilibus & Christianis; virtutis p-
fectissimæ & plenissimæ est, ut ex ejus plenitudine omnes gratiam pro gratiâ sume
valeamus: sine peccato, purissimus & innocentissmus est, ut dolus in ore ejus in
ventus non fuerit, nec peccatum noverit: passione & doloribus mortis in cruce c-
tusus fuit, ut nos cibum potumq; spiritualem ex eo & pacem haberemus, Joh. -
& Esa. 53. Prout latiùs in Theologicis hæc deduci solent. Eucharistiam Manna -
signat partim totaliter: Vt Manna donum gratiæ divinæ erat, beneficia Dei sp-
tualia figurabat, fide apprehendenda, Joh. 6. v. 31. 32. seq. Peregrinantibus in
deserto dabatur, ut ad terram promissam pervenirent, saporis dulcissimi & cont-
dictionibus subjectum erat: Sic Eucharistia donum instituti divini, passionem m-
temq; Christi memoriæ refert, & beneficia eâ parta universa fide vescentibus confe :
viatoribus datur, nondum comprehensoribus; saporem spiritualem efficacissimum -
bet, & plenum controversiarum in hoc Orbe mare est: Partim partialiter: It

Ma-

Manna cæleste corpus erat, cœlitùs datum & paratum: Sic in Eucharistiâ cœleste corpus Christi porrigitur vescentibus, quod cœlesti vi & paratum est, & communicatur. Ab aliis ultrà hæc convenientia extenditur. Quidam *communionem sub unâ specie ex typo mannæ inter alia statuminant; ut Pontificiorum quidam.* Bellar. l. 4 D. Euch. c. 22. 24. Becanus p. 3. T. Sch. tr. 2. c 24. q. 13. Wega in c. 2. Apoc. com. 3. f. 4 Quidam *& transubstantiationem in Eucharistia inde eliciunt, quòd Manna substantialiter immutatum credant, ut* Valentia & Bozius t, 7. *citati.* Alii *typicam corporis Christi in cœnâ præsentiam, similemq; nostram manducationē cum manducatione Christi in mannâ Israelitarum, & essentialem Sacramentorum V. & N. Testamenti quà Substantialia convenientiam inde deducunt, Vt* Calvin. l. 4. Instit: c. 18. 20. Pareus in 1. Cor: 10. v. 3. 4. Beza, Piscator, & Tossanus in h. l. *Omnia falsò & alienè à comparatione Mannæ: ut uberiùs in doctrinâ Eucharistiæ & V. ac N. Testamenti doceri solet. Non omnia huc deduci possunt, cum non commentarium scribere sit animus, sed exercitationem.* Conf. t. 3. 4.

12. Discrepantia *Manna est,* Tùm ab Evangelio: *Manna corporeum quid & cibus corporeus ad hanc vitam animalem nutriens erat: Evangelium spirituale quid, & spiritualis cibus ad vitam æternam credentes nutriens est:* Tùm à Christo.: *Manna cibus corporeus, non verus ille spiritualis, non à Cælo propriè dicto, non toti mundo, sed solis Israelitis in deserto, non in finem primò spiritualem, non vitam primò dare, aut amissam restituere potens erat: Sed Christus verus cibus spiritualis, à proprio cælo demißus, toti mundo suppeditatus, finis spiritualis ergò datus, vitam spiritualem & animalem tàm dare, quàm amißam restituere potens est:* Tùm ab Eucharistia: *Manna non Sacramentum V. T. propriè dictum fuit, non promissionem spiritualis gratiæ Sacramentalis additam, non verum corpus Christi substantialiter unitum, non spiritualem obsignandi, fidem augendi, & consequenter ad vitam æternam ducendi effectum habuit. Omnia hæc in Eucharistiâ N. Testamenti, ut alibi docetur.*

13. *Fuit* Panis improprius prorsus singularis: Quodammodo singularis *est, qui ope industriaq; humana parari potest, sed materiam formamq; proprij panis non habet. Talis est panis Martius, saccarites, plantalis quidam & radicalis, & Piscarius & carneus,* Panis Martius, *qui & Mazapanis, Marcipanis, panis dulciarius, pasta regia, diamygdalatum, est panis improprius ex amygdalis, saccaro, aquâ rosaceâ, & medicis interdum additamentis paratus, vel voluptatis, vel Medicæ utilitatis gratiâ. Voluptatis, ut cum in conviviis, nuptiis, inter mensas secundas Marcipanes apponuntur. Medicæ utilitatis, cum vel viribus servandis, vel recuperandis adhibentur. Ita in in atrophia, phtisi, hecticâ, pulmonum & pectoris affectibus vel pro purgationibus Marcipanes exhibentur. Exempla & descriptiones ap-*

nes ap. D. Sennert. l. 5. inst: Med: p. 3. s. 3. c. 20. vide. Panis saccari- vel saccaratus duplex est. Unus ex amygdalis, saccaro, vitellis ovorum aliisq; in- gredientibus sine farinæ ullius accessu voluptatis vel Medici finis gratiâ parat. Alter ex similibus, sed adjectâ farinâ triticeâ paratur. Prior prorsus est impropri- us nihil enim materiæ veri panis habet. Posterior farinæ triticeæ aliquid mist habet. Quia tamen exiguum id est, & à cæteris ingredientibus fere absorbetu ut parum aut nihil farinæ inesse appareat, inter improprios panes, simul referri m- retur. Quamvis prior magis sit improprius. Exempla & usus ap. D. Senner: c. l. Quercet. c. l. p 3. vide. Panis plantalis est panis improprius ex ex arboribus, se- minibus, aut leguminibus quibusdam, ut materiâ paratus, & ad consistentiam re- ctus vice panis adhibitus. Sic in Insulâ Vendemao Sagu arbore utuntur ad pane, quæ arbor pani dedit nomen. Ligni frustum purgant à quibusdam quasi spinis, tu- dunt, & in pollinem redigunt. Hoc pane ad usum Nautarum parant commeatu. Scaliger. ex 168. s. 1. Montium Cemannorum populi vice panificii castaneis utu- & festis tantùm diebus panes ex frugibus usurpant. Goclen tr. de luxu co- viv: p. 189. Carangonori Indi ex oryzâ & palma fructibus panes conficiunt. Id. 219. Indi panes ex frumento panico non absimili conficiunt, quod saxis manu agi- tis pinsunt, panisq; inde confectus secundas apud eos obtinet. Qui ex juccæ radi- bus coquitur, primarius est. Bruyerin l. 5. d. cibis c. 19. Panis multifarie è milio fit: è panico rariùs, ait Plin. l. 18. c. 7. Apud Bearnenses & Armignia triplex panis ex milio paratur. In annonæ caritate etiam ex avenâ pauperes panes c- quunt. Quercetan. l. 2. diætet: c. 5. Apud Americanos farina vices panis pr- stat. Lerius nauig. Brasil. c. 13. Bantamenses placentâ ex oryza confectâ lo panis utuntur, Lundorp. T. 3. l. 3. Sleid. cont. Turnatenses in Insulis Moli- canis panem ex ligno molli & friabili, quod malleo tusum farinam præbet, confi- unt. Idem l. 6. Alii varios panes habent. V. Ziegler. in Americ. p. 51. 52. 15 151. Quidam magis ad proprios accedunt, alii magis recedunt. Ex fabâ etiam te- tatus est panis, ut Plinius loquitur, l. 18. c. 12. Ex pisis similiter, ut constat.

14. Panis radicalis, qui ex radicibus in farinam redactis paratur. Talis A- mericanis in usu, qui ex radice, quam juccam vel chambi vocant, pane parato v- scuntur, Goclen. c. l. p. 217. Populi quidam zonæ torridæ subjecti in terra A- strali incognita ex triplici radicum genere, quarum maxima ibi est copia, panes co- ficiunt. Hudson. in detect. freti ad Occas: l. 6. 1. Ziegl. c. l. p. 52. In In- diâ Orientali radice Ipsiamech dictâ utuntur, ex cujus medullâ farinam conteru- indeq; panes pinsunt, qui triticeorum saporem habere dicuntur. D. Balduin: l. Cas. Consc. c. 12. q. 8. Ubi & panes illos pro veris & elementaribus habet, qu- materia eadem sit cum frumentaceo pane, indeq; in Cœna admitti posse cense. Quomodo & Alstedius p. 5. Th: Polem: clas. 7. q. 4. sentit, Aliiq; quonda-

conclu-

concluserunt, V. t. 34. *Quod tamen vix verisimile videtur, cum farina frumentacea, & farina ex medulla radicis parata: omninò materia differant, cum frumentum & medulla radicis omninò diversæ sint materiæ Vnde alij negant in panibus non veris (& sub his sine dubio tales, quos radicales vocamus, comprehendent,) licere administrare nobis Eucharistiam.* D. Weber. d. Cœna c. 3. s. 10. s. 3. D. Dietericus in Catech. d. Cœn. dom *apertè negat, panem radicalem & piscarium adhibendum, quòd nulla necessitas Institutionem Christi queat evertere. Idē* D. Winckelmannus T. 1. Gies. d. 5. t. 50. *facit. Simile quid ap.* D. Graurevrm Præfat. absurdor. p. 4. *invenies. Sunt tales panes impropriè dicti: Vt* s. 1. t. 10. *dictum, eoq; Cœnæ usui non satis accommodi.* Panis piscarius *est, qui ex piscium carne contusa conficitur. Ita in Norvegia & aliis locis caro magnorum piscium, ut asellorum, sole siccata & in pulverem tusa pro farre est, ex quo panes conficiunt.* Heidfeld. c. 10. Sphyng: *Apud Ichtyophagos pisces similiter locum panum præstant, & pro illis usurpantur.* V. ex. 1. t. 12. Siegler. c. l. p. 23. *Idem in Islandia olim factum Geographi testantur.* Panis Carneus *ex carnibus assis, infumatis & siccatis fit, ut ap. Americanos, Tuppin Imbas*, V. Ziegler. c. l. p. 134.

15. *Fuit panis improprius* corporeus, *qui maßa inanimata constat: Sequitur improprius* spiritualis; *qui in se panis aut maßa inanimata non est, sed nomen panis spirituali sensu ob mysticam ad panem analogiam obtinet. Talis panis est Christus, verbum Dei cùm in genere tùm specie spectatum, & homo fidelis.* Christus *dicitur panis vel verus*, Johan: 6. vers. 32. *vel vivus*, vers. 51. *vel vitæ.* vers. 35. 48 *vel Dei.* vers. 33. *vel de cælo descendens.* vers. 33, 50, 51. 58. *vel vitam mundo dans*, vers. 33, 51. *& mannæ Israelitarum comparatur, ac præfertur* v. 32, 49, 58. *Panis vocatur Christus:* 1. Ut Panis *necessarium homini est alimentum: Sic Christus fidelibus necessarius est cibus spiritualis, sine cujus esu vitam æternam habere non possunt.* Joh. 6. v. 53, v. 54. 2. Ut *panis super alios cibos mirificè confortat hominem, robusto vires servando & intendendo, infirmo novas conciliando: sic caro Christi spiritualiter mirificè confirmat vires fidelium, incredulis novas conciliat, excitando fidem & spiritualem agnitionem Dei & Christi, sicq; intellectum illuminando, totumq; veterem hominem regenerando.* 3. Ut *panis appetitus primus homini insidet, ultimus amittitur: Sic fidelibus primus est Spiritualis Christi & beneficiorum ejus appetitus ultimus, qui amittatur. Cessant enim fideles esse aut manere, isto amisso.* 4. Ut *panis nullū subit fastidiū, quamvis quotidiè usurpetur: Sic Christi nullum apud credentes tædium, etsi quotidiè spiritualiter ejus merito & beneficiis reficiantur.* 5. Ut *panis artificio quodam & labore paratur: Sic Christus singulari Dei gratia suppeditatur, & nonnisi demißis, obedientibus, petentibus & inquirentibus acquiritur.* Conf. Sap. 1. v. 4. c. 6. v. 13.

Luc: 11. v. 13. Matth: 7. v. 7. Jac. 1. v. 5. 6. Ut *panis subigitur, coqnitu[r],*
maturatur, frangitur: Sic Christus variis paßionibus in vitâ, ad ultimum mor[te]
acerbißima laceratus fuit. 7. Vt *panis esse humanum conservat: Sic Christi ca[ro]*
esse credentium, in quantum credentes sunt. 8. Ut *panis etiam odore quidam a[d]*
tempus se sustentarunt: Ita fide etiam exiguâ & imbecilli fideles servari possun[t].
Marc. 9.24. Joh: 12.42 9. Ut *panis variis hominum abusibus subjacet,* V. sec[t.]
1. t. 34. *Sic panis vitæ Christus varijs impiorum & hæreticorum profanationib[us]*
subesse cogitur. Alij naturas in eo negant: alij discerpũt: Alij confundũt: alij officiũ, m[e]
ritũ, efficaciã ejus negant: alij veritatẽ corporis post ascensionem servasse negant: a[lij]
blasphemiis eum prescindunt, ut Iulianus Apostata & alij gentilium: alij membra e
jus spiritualia immaniter persequuntur, ut gentilium Imperatorum quidam, Turca[e],
Iudæi, infideles, alij. Mannæ cur Christus comparetur, t. 10. *ex parte tactum.*

16. Cujus naturæ respectu Christus panis vitæ dicatur, *hic quæri queat.*
Photiniani ad solam humanitatem referunt. Ostorod: c. 16. Instit. n. 1. 2. E[t]
explicatur quidem Joh. 6. v. 51. *panis de carne Christi: sed non apparet exclusiv[a]*
vox, de solâ carne accipiendum esse. Pronomen enim personæ Ego, aliquoties re
petitum, v. 35, 38. 51. & *pronomen Me,* v. 35, 47, 57. *nomina suppositi & per*
sonæ sunt, non naturæ, notantq́ personam totam θεάνθρωπον, *in qua & humani*
tas subsistit & divinitas. Cumq́ non in λόγῳ ἐνσάρκῳ *Divinitas subsistat citr[a]*
vel extra humanitatem, nec persona Christi incarnata sine humana natura censea
tur, rectè in communionem panis vitæ & ipsa humanitas Christi devenit, unde & e[t]
expreßè panis ille dicitur, Joh. 6. v. 51. *Sed inde divinitatem excludi non poss[e]*
patet 1. Suppositi unitate & *compositione. Suppositum totum est panis il[le]*
vitæ, ut ante ostensum. Totum autem suppositum non est sine divinitate. Et conse
quenter, sine quo suppositum totum non est, illud ad esse istud panis vitæ simul re
quiritur. 2. Officij qualitate. *Panem vitæ esse & vitam mundo dare ad offici*
um Christi pertinet. V. Joh. 6. v. 39. 57. *Sed quæ officium ejus concernunt, se*
cundùm utramq́ Naturam Christo tribuuntur, ut esse mediatorem, servatorem, sa
cerdotem, Regem, Mori pro mundi vita, servare electos in salutem, &c. Vitam
enim dare sola humanitas vi naturæ suæ non poterat: & vitam moriendo mundo pro
mereri sola divinitas non poterat, quia impatibilis, immortalis, & immutabilis.
Requirebatur ergò & humana divinitas, & divina humanitas, ut illud ἀποτέλεσμα:
Mundo vitam dare. Christo attribueretur. Secundùm utramq́ ergò naturam etiam
ei adscribendum. 3. Efficaciæ realitate. *Panem vitæ esse, qui vitam mundo det,*
ex proprietate suæ naturæ nulla humanitas habere potest, requirit n. hoc vim infinitã
& divinam, mundum vivificare, quam ex se nulla humanitas habet. E. nec Christi
humanitas ex natura sua hoc habet. E. ex alio quodam, quod aliud hic nihil est, nis[i]

unit[a]

unita divinitas, per quam caro Christi ipsius filij Dei caro est, qui author vitæ est. Act: 3. v. 15. Joh: 14. v. 6. Et sic à pane vitæ divinitas Christi excludi nequit. Cumq; & caro Christi sit panis vitæ, qui de Cœlo descenderit, fanatici inde carnem Christi in cœlo formatam, indeq; in uterum Mariæ delapsam esse ajunt, adeoq; diversæ eam à nostra substantiæ esse sentiunt. Quorum nihil ex hoc textu sequi, & sententiam ipsam in se inconcinnam ac fanaticam esse alio loco, volente Domino, apertè probaturus sum.

17. Verbum DEI est panis spiritualis hominem spiritualiter reficiens, & in finem spiritualem vitam æternam, perficiens. Estq; verbum Dei panis spiritualis & in genere secundum V. & N. Test: & in specie secundum Evangeliū. In genere verbum Dei seu doctrina cœlestis dicitur panis, Prov. 9. v. 5. ob nutritionis necessitatem, validitatem, nobilitatem, jucunditatem, & perennitatem. Ut panis homini necessarius, Universalis & firmissimus, præstantissimus, jucundissimus & constantissimus est cibus, omnem famem satians: Sic divina sapientia scriptura sacra comprehensa homini fideli cibus necessarius, universalis, jucundissimus, firmissimus, & constantissimus. Ibi spiritualis fames & divitiarum, & voluptatum, & honorum satiatur. Ibi avarus veras invenit divitias, delitiosus jucunditates, superbus honores. Ut panis mirificè instaurat vires amissas, & lapsantes confirmat: Sic verbum Dei miro solatio explicat lugentes, erigit lapsantes, renovat desperantes. Ut furtivi panes grati quidem sunt palato, sed noxam ferunt, & alimentum inutile ac insalubre. Prov. 20. v. 17. Ita in spirituali solatio & cognitione quidquid ex civili sapientiâ præter verbum Dei delibatur & comportatur, speciem valoris habet, adjumenti solidi nihil aut parum: Et civilia spiritualibus temere ingesta magis adversùs Deum armant, quàm informant. Unde Philosophos patriarchas hæreticorum dixit Tertullianus. U. dec. 1. d 10. t. 19. Ut panis debili stomacho nimiùm ingestus nocivus est, & morbos parit, quia validū nimis nutrimentum suppeditat: Ita si legem nimis apud contrita corda urgeamus, noxam inferimus, & conscientias infirmas ad desperandum adigimus, quas solatio Evangelico deberemus erigere. Apud alios verbum Dei, quos salvare debeat, corrumpitur, & odor mortis ad mortem fit V. 1. Petr. 2. v. 8. Ut panis stomacho concoquendus est, si alimoniam præstare debeat; Crudus enim innatat, & stomacho oneri est: Ita verbi divini sententias jugi meditatione coquere velut oportet, & in succum ac salutarem usum redigere. Deut. 6. v. 6 7. c. 17. v. 19. Nihil enim meditantibus & crudis hominibus sine sale & succo esse videntur; quæ acriori meditatione percoctæ succosa & suavissimæ eveniunt. V. eleganter Rad. Flaviacensem l. 17. in Leviticum, c. 5. Ut variis abusibus pravorum hominum præstantissimus ille cibus, panis, subjacet: Sic verbum Dei variis impiorum corruptionibus, quibusdam illud falsantibus & detorquentibus, aliis ad Magica & incantationes abutentibus, aliis irreverenter tra-

ctantibus

ctantibus. Ut invento pane quidam glandibus victitare malunt: Sic proposito re-velatoq́ verbo Dei multi illud contemnentes siliquis, superstitionibus ac menda is hominum pasci malunt, quàm purißimo illo spirituali frumento. Ut Iudæi Ma-metistæ Pontificij, hæretici. Ut multi panem terunt & comedunt, sed nihil fere i de juvantur, nec spiritus indipiscuntur, nec vires, quia malè digerunt: Sic multi ve-bum Dei tractant, legunt, audiunt, sed nihil inde juvantur, quia corde non pr aut facili recipiunt ac perficiunt. V. Matth. 13. v. 18. 19. seq. Ut *panis in s-dore vultus comedi jubetur.* Gen. 3. v. 19. *Sic multo sudore, vigiliis, & atte-tione scriptura tractanda, consideranda, ruminanda, ut salutarem alimoniam i de trahamus. Apud Pimenionem abbatem quidam conquesti quòd verbum Dei comp-cti nequirent, etsi magno ejus desiderio tenerentur; responsum acceperunt: Mo s est natura aquæ, lapidum durities ingens: dum tamen guttatim in silicem decid, tandem eum perforat. Sic verbum Dei sedulo ac frequenter tractatum tandem co a emolliet, ut ejus suavitatem planè percipiat.* Heidfeld. c. 10. Sphy: Ut *pa s vires suppetit ut erecti incedere & supera spectare queamus: Sic verbum Dei Spirit-les vires dat, ut cœlum meditari, & ad supera contendere queamus, ubi Christus e.* Col. 2. v. 1. Ut *panis efficaciam & actum primum nutriendi confortandiq́ hab, etiamsi in usum non sumatur, etiamsi actu secundo apud omnes non nutriat, ob i-dispositionem subjectorum: Ita verbum Dei ratione significatorum dogmatum, n significantium signorum, actu primo ex vi Spiritus sancti conjunctâ & libera Dei o-dinatione est efficax ad convertendum, illuminandum, regenerandum, etsi vel a secundo non adhibeatur, vel adhibitum actualem operationem ob resistentiam su-jectorum non assequatur.* Conf. Act. 7. v. 51. Rom. 3. v. 3. 4. Pulcrè Aug stinus tr. 27. in Joh: *Intellexisti spiritualiter verba Dei? Spiritus & vita sun* Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa Spiritus & vita sunt, sed T I B non sunt. Ut *materia panis, frumentum, ex vili terrâ crescit: Sic scripturæ a cana sæpè vilißimi mundo homines & nôrunt, & aliis pandunt. Sic inter Prophet quidam, Apostoli ferè omnes vilißimi fuerunt.*

18. In specie *panis spiritualis est altera generalis verbi divini pars,* Evangel um. Ut *panis succum utilißimum esurienti & suavißimum tribuit: Sic Evang lium consolationem efficacißimam contritis suppeditat. Ut pane ad luxuriam v Magica quidam abutuntur: Sic doctrina Evangelij ad liberiùs peccandum.* Rom 3 v. 8. Ut *panis cum vires servare debeat, quibusdam ex abusu imbecillitates morbos conciliat: Sic Evangelium in salutem datum quibusdam odor mort ad mortem, & lapis offendiculi evadit.* 1. Cor. 1. v. 23. 2. Cor. 2. v. 16. 1. Pet 2. v. 8. Vt *panis varios in Medicina usus habet*, V. sect. 1. t. 26. & 2. t. 12 *Sic Evangelium salutares in Theologia. Mollit, convertit, justificat, solatur, eri git, confortat, sanat, lætificat, à peccatis liberat, Dei gratiam conciliat, & ho*

minem

minem æternùm beatum facit. Ut panis Universalis & communissimus homini cibus: Sic Evangelium revelatio omnes concernens omnibusq; annuntiata est. Matt. 28. v. 19. Psal 19. v. 3. 4. Rom. 10. v. 18. Colosſ. 1. v. 13. Ut panem ſæpè indigni capiunt, qui glandibus & ſiliquis potiùs paſcendi: Sic Evangelium ſæpè indigni & ingrati audiunt, Act. 13. v. 45, 46. Digni, qui minas & terrores meros ſentirent. Homo fidelis dicitur panis ſpiritualis, quod multâ cruce velut ſubigatur, paretur, coquatur, torreatur, ut purus DEO ſuo panis evadat. Sic Ignatius beſtiis objiciendus frumentum Chriſti ſe dicebat, dentibus beſtiarum commoliendum, ut purus Chriſto panis inveniretur. Heidfeld. Sphyng. c. 9.

19. Satis de pane impropriè dicto, corporali & ſpirituali. Propriè dictus panis eſt, qui materiâ & formâ veri panis conſtat, adeoq; definitionem d. 1. t. 5. traditam participat. Hic vel eſt azymus, infermentatus, & rarior: vel fermentatus & uſitatior. Azymus & infermentatus eſt, qui ex farinâ & aquâ ſine ullius fermenti admiſtione ſubigitur ac paratur. Dicitur & nebula ap. Medicos. V. D. Sennert. p. 1459. Inſt. A Nicandro Colophonio δάρατος, vel ut aliis, paratus dictus. V. Athenæum l. 3. diſp. c. 15. Aliis apopyria vocatur, ut l. 6. Pollux notat: Eſtq; vel Veteris, vel Novi Teſtamenti. Veteris, panis azymus paſchatis eſt, panis propoſitionis, & panis ſacrificiorum. Panis paſchatis eſt panis azymus in Paſchatis feſto per 7. dies à Judæis in memoriam eductionis ex Aegypto manducari à DEO juſſus Exod. 12. v. 15, 18, 19. c. 13. v. 6, 7. c. 23. v. 15. c. 34. v. 18. Levit: 23. v. 6, 7. Deut: 16. v. 3, 4. Panis propoſitionis eſt panis azymus, ſingulis ſeptimanis in duodenario numero certæ menſæ in tabernaculo fœderis in conſpectum DEI à ſacerdotibus imponi tandemq; cõmedi mandato DEI peculiari juſſus, ut DEI recordarentur. Exod: 25. v. 30. Lev: 24. v. 5, 6, 7. 1. Sam: 21. v. 6. Dicitur & panis facierum, quia ſemper quaſi faciei DEI expoſitus jacebat. Spiritualiter ſignavit & Chriſtum, qui ſpiritualis noſter panis, & quotidiè faciei DEI conſpicuus eſt, interpellans pro nobis. Rom: 8. v. 34. 1. Joh. 2. v. 1. Et Euchariſtiam noſtram, quâ utentes mortis Domini recordari, eamq; enuntiare jubemur, 1. Cor: 11. v. 26. Veluti Judæi per panes propoſitionis Dei meminiſſe debebant. Papiſtæ communionem ſub unâ ſpecie hinc deducunt. V. Bellarm: l. 4. d. Euch: c. 22. & 24. Sed adeò hinc ea non ſequitur, ac nec ex Mannâ veterum ſequitur. V. t. 10. Et aliàs Theologia typica non eſt argumentativa, niſi præeuntem & applicantem Spiritum S. in Scripturis habeat: Et cognitionem noſtram ac ſubtilitatem cogitationum, quâ ut ſimila conſperſa igne ad conſiſtentiam deducitur: ſic bona mens à diſperſione ſuperfluarum cogitationum divinæ caritatis coagulo in unum redacta & aſſiduæ meditationis igne decocta robur virtutis acquirit. Mente enim coquitur, quidquid ſubtiliùs cogitatur. Itemq; Apoſtolos, qui etiam 12. numero

 mero

mero fuerunt, ut panes propositionum. Prout figurationes has latiùs deducit Radu Flaviacensis l. 17. in Levit: c. 5. *Quidam ex Rabbinis Christianus factus 12. Signa Zodiaci mysticè eos notasse ait.* Philipp: du Aqui. in explic: tabernacu *Gallicè scriptâ*, c. 7. p. 12, 13. *Etiam 12. tribus Israëlis signare debuerunt, quæ peculium lectæ Deo, semper conspectui eius expositæ erant, ut eas duceret, servare, foveret, & tueretur. Ideò 12. esse jubebantur.* Conf: Lev: 24. v. 7, 8. c. 2. v. 11, 12. seq: Alii *& opera misericordiæ signavisse dicunt, quæ semper in conspectu Dei esse debent, i. e. semper & paratissimè à nobis exerceri, in honorem & complacentiam Dei, non hominum plausum: & 12. numero exerceri, i. e. per totum annum, 12. mensibus constantem, ut nullo non tempore ad benefaciendum pauperibus & gratificandum voluntati Dei parati simus. Quam adumbrationem persequentur. Vide* Riberam l. 2. de Templ: c. 11. *Panis sacrificiorum est panis azymus in sacrificiis V. T. donativis, Eucharisticis, libatoriis, aut consecrativis à Deo adhiberi jussus.* Levit: 2. v. 4, 5. c. 6. v. 16, 17. c. 7. v. 12, 13. Exod: 29. v. 1, 2, 23. *De hoc* sect: 1. t. 34. *visum.*

20. *Quæruntur de pane azymo aliqua.* 1. An verus panis sit? *Hoc negarunt olim Græci quidam, ut Michaël Constantinopolitanus Episcopus & Nicetas ap.* Cent. Magd: C. 11. c. 8. Euthymius in c. 26. Matth: *Alii ap.* Anshelmum l. d. azym: Jeremias Patr: Constantinopolitanus in Cens: Conf: Lut: c. 10. *Quod ἄρτος ab αἴρω tollo dicatur; quòd fermento attolli debeat. Hoc non azymo conveniat. Reformatorum nonnulli aliiq́; etiam iniquiores illi sunt, qui in nostrâ Eucharistiâ adhibetur, ut* t. 26. *dicam. Sed verum panem esse patet.* 1. Quia *definitio panis* sect: 1. t. 5. *tradita ei competit. Habet enim & materiam & formam, & effecta & finem veri panis. Fermento subigi ad generalem panis essentiam & definitionem non pertinet; sed specialem panis rationem facit, salvâ generali. Sic cibos salsos ab insulsis, amaros à dulcibus, non totis speciebus, sed accidentariis discriminibus differre dicimus. Tale discrimen & panis fermentati & azymi est.* 2. Quia *Scriptura panem sæpiùs & expressè vocat, cùm in V. T. ut* t. 19. *adductum, tùm in Novo. Sic cum Emaunticis Christus panem comedit, ejusq́; fractione eum agnoverunt.* Luc: 24. v. 30, 31. *Sed is azymus fuit, quia intra 7. dies paschatis, quibus azyma comedenda erant, ista apparitio contigit.* v. 1, 13. 3. Quia *etiam prophani authores, cum panum propria genera numerant, azymum inter eos referunt. Tryphon Alexandrinus ap.* Athenæ: l. 3. c. 15. *inter panes recenset, fermentatum, non fermentatum, similagineum, alicarium, furfuraceum, &c. Idem facit* Plinius l. 18. c. 11. & Cœlius Rhodiginus l. 9. c. 16. *Ex Græcis Patribus* Theodoretus in c. 10. Dani: v. 4. *ridet eos, qui azymum negant esse panem. Quòd tollendo Græcis panis dicitur, non præcisè hanc tollendi per fermentum speciem infert, cum & à tollendo in mensam dictus esse queat: Itemq́; elevando naturam no-*

stram

strum nutriendo, & augendo corpora nostra. Sic Artus Mesaptorum Rex ap. Thucydidem l. 3. *non à sustollendo per fermentum, sed alio dictus. Et ipse azymus Evangelistis* ἄρτος *dictus* Luc: 24. v. 30. *Qui tamen fermento non elatus. Feriis n. paschalibus iter illud Emaunticum occupatum, quibus azymis vesci per legem jubebantur. Et Hebræis nomen non à tollendo, sed vescendo habet.* V. sect: 1. t. 4.

21. 2. An panis azymus sanitati commodus? Galen: 1. d. alim: *panem fermento planè carentem nemini esse accommodum scripsit. Sed* Celsus l. 2. c. 24, 25. *panem sine fermento inter res stomacho idoneas posuit, fermentatum inter alienas; &* c. 28. *facilè hunc intùs corrumpi, illum difficiliùs, ait. Conciliari hæc inter se possunt, quòd* Galenus *de pane ut alimento locutus fuerit;* Celsus *de eo, ut medicamento, Conducere stomacho ait azymum, quia ut* c. 30. *testatur, adstringentis est facultatis. Adstringentia autē, inter medicamenta sunt* ἐυστόμαχα, *quia roborantia. Sic rubi fructus inter adstringentia juvare concedit* Galenus, *ut medicamenta,* l. 2. d. alim: *sed obesse capiti & stomacho, ut alimenta: Aliud n. est, alimentorum, aliud, medicamentorum vires describere. Ita ipse* Celsus c. 25. *multa bona esse, ut medicamenta, ait, quæ mala, ut alimenta. Sic acida* ἐυστόμαχα *ait, sed ut medicamina,* c. 25. *ut alimenta inter res mali succi reponit: Ita cum fermentatum malum stomacho dixit, de eo, ut medicamento locutus est. Rara n. & spongiosa robur ventriculi laxant, ut lac, caseus: quæ tamen satis boni succi, ut alimenta. Communis sententia azymum inter insalubria habet, ut ex* Abulensi in Exod: 12. q. 11. & Deut: 16. Hippocrate l. d. diæta *& Galeni in eos commentariis aliisq; patet.* Plinius l. 18. c. 11. *Validiora corpora fermentato pane nutrita ait:* & l. 22. c 25. *cum panem innumeras penè medicinas continere dixit, ad omnia fermentatum, qui vocetur autopyros, utiliorem esse dicit.* V. s. 1. t. 26.

22. Galenum ex 1. d. fac: alim: *quidam allegant, quòd azymum salubriorem dicat fermentato, quod facilioris sit concoctionis. Operosè hoc oppugnat Montanus quidam* c. D. Behm. p. 54. *adductis authoritatibus ex Galeno, Plinio, Brujerina, Placotomo, & universo Medicorum grege, in contrarium, qui difficilem & insalubrem concoctionem ei tribuant. Sed nullâ hic operosâ probatione opus. Non ea res ut articulus fidei defenditur: nec massa nostra azyma in Eucharistiâ administrata, tantâ quantitate suppeditatur, ut difficilem concoctionem aut insalubrem succum magnoperè generare queat. Satis nobis est, à vero pane excludi non debere, quod* t. 20. *firmatum. De salubritate aut insalubritate litigare in Cœnâ nihil attinet, ubi pro cibo mentis, non ventris suppeditatur; Et perceptio Eucharistiæ non in quantitate, sed veritate consistat, ut rectè quondam* Emissenus. *Nisi & de electione vini operosè contendere aggrediaris, ob guttas quasdam potanti in Cœnâ ministratas, cum aliud alio vino salubrius esse non ignoremus. Si Galenus azymum salubrem habet, de eo, ut medicamento, ait, Ita* Serarius *se ex Medico audiisse refert, qui verno tem-*

pore & iter facientibus utilem azymum dixerit, quòd acria tùm obesse soleant, dul[c]
prodesse, in c.5 Josuæ, q. 34. n. 2. Et Plinius in lassitudine sitiq; homines ad r[a]
proniores dicit: Sed hanc animi asperitatem dulciore succo mitigari. l. 22. c. 24. G[a]
lenus ipse c. l. festis diebus usurpatum fuisse docet. Porro, inquit, qui fermen[to]
omni caret, nemini prorsùs est accommodus. Quòd si casei aliquid insuper addatu[r],
ut rustici apud nos festis diebus apparare solent, eosq; panes ipsi vocant ἀζύμους &c.
Festos enim dies epulis exhilarari fas est: At Azymus panis dulciarius est, & in[ter]
τραγήματα seu bellaria enumeratus à Græcis, ut Langius l. 1. ep. Medicin. e[p.]
65. demonstrat. Inter communia & quotidiana alimenta insalubris habetur Gal[en.]
c. l. & 7. d. rat: med: Lentosus enim, viscidus, glutinosus est; fermento adm[ix]
sto digeritur, subtiliatur, & lentorem deponit. Vnde in fermentando pane potiùs [in]
excessu peccare præcipiunt diætetici, quàm defectu, cumprimis si ex trimestri trit[ic]o
aut recenti panis paretur: plus enim in illis est glutinositatis. Excessus enim fer-
menti incommodi plus non apportat, quàm minorem alimoniam ex nimiâ raritat[e],
& celeriorem alimenti dissipationem, quæ frequentiore panis sumptione facilè com-
pensari queunt. At fermenti defectus cruditatem in stomacho, descensum tardu[m],
meatuum propè omnium infractionem & obstructionem generat, undè morbi tand[em]
gravissimi exsurgunt. Gymnasticis tamen panem sine fermento & non admod[um]
probè assatum ac carnem suillam aptissima esse asserit. Galen. 1. d. alim: fal:

23. 3. Si sanitati incõmodus azymus, cur à Deo præceptus, & qui-
dem per 7. dies cõtinuos? Judæi hodierni azyma Paschalia non per 7. sed 8. di-
es comedunt, & fermento abstinent. Rogatiq;, cur ita agant, causam prætendun[t],
quòd ignorent, quando verè Neomenia Paschalis incipiat. Ne porrò aberrent, du[os]
dies paschales se observare, ut si unus fortè non sit, alter verus Noemeniæ dies s[it].
Rationes continuationis variæ esse queunt. 1. Ut admonerentur Judæi in perpetu[um]
festini egressus ex Aegypto, quo nec tantum tempus relictum fuit, ut massam ferme[n]-
tare potuerint, quod facere fortassè destinaverant, Fermentatio enim lenta ac mor[o]-
sa est, & à festinantibus aliena. Exod: 12. v. 17, 34. c. 13. v. 3, 8, 9. Deu[t]:
16. v. 3, 4. 2. Ut pane insipido & insulso apertiùs recordarentur posteri Judæor[um]
duræ captivitatis Aegyptiacæ patrum suorum, quâ per secula aliquot sævissimè pre[ssi]
erant. Vnde & panis afflictionis vocatur Deut: 16. v. 3. Non solùm, quòd signu[m]
afflictionis in Aegypto perpessæ fuerit: sed & quòd isti significationi ex insitâ vi ac n[a]-
turâ accõmodatissimus, ut qui insipido sapore afflictionem in vescentibus velut reip[sa]
novaret, ac molestiã corporibus exhiberet: Sicq; efficaciùs miser majorũ suorum stat[us]
ipsis repræsentaretur. Vivacior enim memoria sensu & experimento ipso expressa es[t].
Vnde hodierni Judæi, cum in paschate azyma domesticis distribuunt, panem afflicti-
onis seu miseriæ vocant, quem patres sui in terrâ Aegypti comederint. Et pistores,
quæ in mactride farinæ massa conglobata remanserit, per contemptum, quòd gravi[s]

in[-]

insipida & noxia sit, Matz/ vel Matzkuchen vocant. Sic enim azyma Iudaica ab illis vocantur. 3. Ut intelligerent, religioni ac virtutibus, quibus Deo servitur, cedere debere non supervacua tantùm, ut delitias, sumptuositates, corporis curas: sed & valetudinem ipsam, hujusq; vel tuendæ vel servandæ studium: animoq; ita Deo se addicere suescerent, ut & corpus negligentius haberent, & nauseabundo insipidoq; pane fastidium velut experirentur. Sic & coturnices in cibum illis datæ, Num: 11. v. 31. ut per talem escam subministratam etiam à necessariâ concupiscentiâ avertendum esse docerentur, ut Sap: 16. v. 3. dicitur. Coturnicum n. caro insalubris vulgò creditur, omniumq; avium carnes malitiâ superare, quæ spasmum & morbum Herculeum, putredines ac vitiosos humores in corpore gignere possit. Vnde Fracastorius l. 2. d. morb. Gall: Viteturq; gravi coturnix tarda saginâ, inquit. Quidam veratro, helleboro, aliisq; venenatis seminibus coturnices gaudere & vesci sentiunt, unde spasmum & distensiones musculorum in utentibus concilient. A quibus tamen dissentit Aldrovandus l. 13. Ornith: c. 22. Qui hic videri potest. 4. Ut monerentur, quia azymus purior sincerior q; apud omnes, tàm Iudæos, quàm gentiles, habitus est, & in sacris adhibitus, adeoq; est simplex, ut nulla ne accidentali quidem corruptione corruptus sit, depressus semper & humilis, nullo fermento intumescens, seseq; efferens, ab omni inquinamento carnis & spiritus per dies festos severiùs abstinendum, mentemq; firmiùs in Deo Patre & Creatore defigendam esse. Vndè & Paulus metaphoram pro puritate mentis ab azymis sumit, impuritate à fermento. 1. Cor: 5. v. 7, 8. Quod Syrus fermentum amaroris vel absynthii vertit: Ita simplicitati, sinceritati, demissioni, humilitati, suavitati, studendum esse notent. 5. Ut potestatis divinæ tot miraculis ostensæ admonerentur, scirentq;, illum, qui azymorum usum per 7. dies jussisset, etiam contra Naturam ab omni violanda valetudinis casu liberos se præstare posse, utcunq; per naturam sui sanitati incommodus iste panis sit. Sicq; miraculosam sui conservationem eò attentiùs meditarentur, firmiusq; potestate Dei sibi semper præsentis niterentur, cum Natura omnia in contrarium obverteret. Sic aquas fixerat Deus, naturâ sui fluunt: Solem stiterat, qui naturâ movetur: muros urbium deturbârat, qui immotè fundati: aves & panes ex nubibus ministrârat, qui per naturam nihil horum suppeditant. Ita Deo Hebræorum præsente nihil sibi nocere posse confidere docebantur.

24. 4. An semper & solus azymus panis Judæis in usu, an & fermentato quandoq; usi? Prius Tacitus ipsis tribuit 5. histor: c. 1. Raptarum frugum argumentum, ait, panis Iudaicus nullo fermento detinetur. Contrarium ostendit partim Scriptura, fermento ipsos uti insinuans, Exod: 13. v. 7. c. 23. v. 8. Deut. 16. v. 4. Levit: 6. v. 17. Amos 4. v. 5. Partim hodierna Iudæorum experientia, pane fermentato frequenter utentium. In Taciti illo libro pleraq; de Iudæis falsa, & criminationes sunt, ut ex plerisq;, quæ ibi de Mose, origine gentis, cul-

tâ, religione, narrat, novimus, quorum diversa & interdum opposita ex sacris aper
tè cognita habemus. Et in istis verbis duplex falsitas. Et *quòd fruges rapuisse à le*
gitimis possessoribus ait, de quo nihil in sacris habemus : Et *quòd panem Iudaicum i*
genere non fermento detineri scribit. Cum nec universus panis sine fermento sit, se
in paschate tantùm comedendus : Nec *semper sine fermento sit, sed in paschatis &*
sacrificiorum tempore tantùm. 5. Cur panis azymus Venerem excitat ? *It*
Græcorum est sententia, ut Didymi l. 2. Geop: c. 31. *qui in universum panes absq;*
fermento factos efficacissimos ad Venerem esse ait. Ratio est, vel *quia viscositas &*
crassities frumēti in flatum vertitur, qui pruritum conciliat : vel *quia plurimum nu*
trit, præsertim corpora valida ac robusta, & sic multum excrementi conciliat, qual
est semen : Vel *quia spirituosus existit à tritici spiritibus, qui inter se fortiter unit*
ob lentositatem panis non dissipantur, nisi in secundâ coctione, quæ in corpore edentiu
fit, unde resolutus multum spirituum suppeditat, qui membra distendunt, & pruri-
tum Venereum suggerunt : Vel *quia succum Melancholicum & atrobilarium gene-*
nerat, qui flatulentus est, & subjecta distendit, sicq; secerni cupit, & ad Venerem ir-
ritat. Vnde ab utraq; bile quidam libidinem arcessunt, & *flavâ, quia acris & mordax*
est : & *atrâ, quia spumæ & flatus plurimum in eâ est.. Vnde* Aristoteles *Melan-*
cholicos salaciores esse disputat, quòd flatu abundent, & semen decessio flatus sit,
quem purgari sæpè tales appetant. f. 4. Probl: 31. *confer* & f. 30. q. 1. *Intelligen-*
dumq; illud & de naturali Melancholiâ, quæ fex sanguinis subsidens est, sicca, nigra,
acida est : & de præternaturali, quæ humor adustus ab exustione sanguinis, Melan-
choliæ naturalis, aut bilis flavæ exortus est. Et utramq; libidinem proritare credibi-
le est, cum eo calore instructa sit, qui flatus excitare queat, qui debilis esse debet, ut
elevet vapores, non dissolvat. Vnde de Melancholiâ naturali non id negandum eum
Pet. Aponensi, *alijsq;, quòd humor frigidus sit. Comparatè enim id dictum, respe-*
ctu Melancholiæ adustæ, quæ calidior, acrior, & mordax est : Non *absolutè, quasi*
nihil caloris obtineret. Tantum enim obtinet, quantus flatibus ciendis sufficiens est.
Ita quædam animalia melancholica frigidæ naturæ libidinosissima esse scimus, ut mu-
los & asinos, non obstante frigiditate naturæ. De quo fortassè pluribus alibi. Si-
militer, qui cibis acribus & flatulentis utuntur, salaciores evadunt : eoq; magis, si bi-
lis ex adustione acris ac salsa evaserit. Vnde fortè Poëtis fingendi argumentum sum-
ptum, Venerem ex spumâ maris *prognatam. Ita leporem libidinosissimum a-*
junt, & masculâ etiam Venere ex omnibus bestijs turgere, quia Melancholici succi a-
nimal est. Australes etiam Veneri addictiores esse septentrionalibus, quòd atrâ bile
pleni sint. Vnde Ptolomæus *in Africâ Venerem potissimùm coli, ac scorpionis si-*
dus, quod ad pudenda pertinet, Africæ præesse tradit.

25. 6. Cur azymo pane utentes corda & hepata parvæ nonnullis
habere existimantur ? Rhasis *ea sententia est* l. 1. aphor: ap. 46. Vel *quia a-*

zymus

ymus alimentum corpori non satis laudabile ministrat, sed viscidum & nauseabun-
um, v. t. 21, 22. Ex succo autem non satis alimentoso viscera non satis ad nutrica-
onem trahere, & sic attenuatione infestari, exiliaq; fieri nihil mirum est. Nam cibi
cculenti vegetum nutrimentum & accretionem partibus largiuntur. Ex adverso
succi & emarcidi marcorem, attenuationem, & decretionem: Vel *quia nomine*
rdis & hepatis non ipsa viscerum substantia intelligenda: sed sanguis venosus &
teriosus in istis visceribus elaboratus, cujus exigua quantitas in corporibus debili-
s & tenuibus generatur, qualia sunt ea, quæ pane azymo, viscido, & lentoso, nu-
iuntur. Et sic corda ac jecora parva habere dictum, quia per id nutrimentum pa-
m spiritus & sanguinis arteriosi generari potest, qui aliàs in corde & jecore elabo-
ri & ab illis subministrari solet: Vel *quia cordis voce per metonymiam confiden-*
am notavit, quæ à corde oriri solet. Et parvo corde pusillanimitatem intellexit eo-
m, qui azymo nutriuntur. Generat enim ille succum crassum, viscidum, qui me-
ncholicum & frigidum sanguinem adauget, ex quo torpor, tristitia, & timiditas
nsequi solent. Et jecur parvum in illis dixit comparatione ad lienem habitâ. Ex
piâ enim humoris melancholici, quem azymus producit & auget, farcitur ac in-
mescit lien, qui melancholici humoris trocho & sedes est: Unde quantum accedit
ni, tantum decedit cæteris visceribus, secundùm illud Medicorum: Ubi lien tu-
escit, partes omnes tabescunt. *Quomodo & Metaphoricè urbem aliquam*
m detrimento cæterarum urbium vel totius regionis accrescentem lieni comparamus,
uòd ea accrescente cætera membra tabescant. Ita Londinum Angliæ lienem ajunt,
Constantinopolim nuditate omnium civitatum constructam fuisse Hieronymus
ipsit. De quo Lansius Or. c. Brit: *videatur.*

26. *Ita panis azymus* Veteris Testamenti *fuit.* Novi Testam: *est*
nis Eucharisticus in Cœnæ administratione quibusdam Ecclesijs usitatus, qui com-
unio Corporis Christi in usu Cœnæ est, & memoriale mortis Domini, ut eo medio ad
tam æternam enutriamur & obsignemur. De hoc quæritur 1. An verus legiti-
usq; panis sit, adeoq; rectè vice panis in distributione Cœnæ à nobis
dhibeatur? *Hoc pertinacissimè quidam Reformatorum negant, & in nostras pla-*
ntulas orbiculares acriter invehuntur, ac immanibus convitijs rem gerunt. Mon-
nus c. D. Behm. p. 35, 36. seq. *spumas, nebulas panis, appellat, variasq; ea-*
m similitudines quærit. Spuma speciem rei singularis & solidæ habet, & est vanis-
na: supernatat liquoribus per agitationem, & fex ac excrementum quiddam est: ad
scendum est inutilis, & in Physicis usus ejus nullus: Eadem in oblatas nostras qua-
are. Nebula ardorem solis cohibet, arentes fruges humectat, & recreat: Idem no-
s ex falsâ persvasione spiritualiter præstare oblatas. Nebula abscondit hominem,
tos sæpè exercitus, vapor crassus terræ circumfusus, tenebras inducens, est, oppo-
tur serenitati, eamq; obfuscat: Similia Theologicè oblatas agere. Mitto cætera

calu-

calumnijs & convitijs referta. *Collocutores* Berlinenses in colloqvijs litt: b. c
f. 1. *alibiq;* Salo. Finck: p. 1. spec. Sacram. p. 20, 54. Heidfeldius i
Sphynge c. 21. Anatomia Marpurgensis p. 97, 98. Zepperus de Sacram
p. 485, 487. Naum p. 18. d. Cœn. *in convitiando pane nostro satis industrios*
præstant. Præter spumas, umbras, nebulas, crustulæ chartaceæ, crustulum farina
ceum, hostiæ nummulariæ, lentores viscosi, farinacea folia, Nießpfäffige Päbst
sche Meßhostien/ plätzlein/ runde spiegelplätzlein/ zähe kleberhafftige blätlein
papierküchlein/ witzküchlein/ brodtlose Pfaffenküchlein/ pfenningsbrodtlein
& similia, audiunt. Similis convitiorum farrago apud plures. Quasi guttam una
alienamq; vini ob paucitatem spumam, nebulam, umbram vini, appellare per conten
ptum liceret. Et parva portio casei non minùs caseus est, ac magna.

27. Johannes Münsterus *Aug: Confeßioni se socium, & asseclas fidei mem*
bra professus, varijs in scriptis satis acerbè *in panes nostros debacchatur.*
Cane latrant. d. Cœn. p. 53, 54. *sequentia habebis.* Wie die Ostien ein fals
new erfundenes/ unkräfftiges schaumbrodt/ unnd nicht Pflantzen des Himm
lischen Vaters/ Matth. 15. v. 13. sondern des Bapsts seyn: Also auch d
Christus/ welcher in vnter/ mit/ vnd nebē denselben Ostien wesentlich vnd leib
lich an allen orten/ da die Messe gethan/ vnd sie gereicht werden/ zugegen seyn
vnd von guten vnd bösen mündlich gegessen werden soll/ ein vnkräfftiger/ e
dichteter/falscher Christus/vnd nicht ein Sohn des Vaters/sondern des Pabst
vnd Ubiquitisten Hirngötz ist. Der Ubiquetisten Christus bricht die H
stien nicht mit seinen Händen: Ja er hat kein Brodt zubrechen.. *Non ent*
nullæ sunt qualitates. Wann man den sachen anders nicht rahten/ vnd ke
Brodt haben könte/ so hette es woll ein schein mit den Ostien: Aber jetzt i
es nicht nöhtig/ daß man den Päpstlern nachlauffe/ Ostien zu Kauffen. D
Ubiquetisten Christus lasset in stat des Brods Schaumbrod vnd Ostien au
theilen. Die Ostien seynd ein außerlesen Kenn- vnd Feldzeichen des falsche
newen/ vnd unrechten Christi/ des Papsts vnd Ubiquetisten. Vor allen an
dern hat man die geringere Kennzeichen/ als Weyhwasser/ Palmen/ Kertzen
(vnnd *respectivè* Meßgewand/ die doch viel Ubiquetisten, vnd die zu Oßna
bruck auch noch gebrauchen/) Kreutzgänge/ Fahnen/ Ablaßbrieffe/ Kappen
Platten/ vnd des Vngezieffers mehr/ gantz vnd gar als des Teuffels gestan
außgerottet/ vnd nicht billigen können: Wie kan man das allerhöchste vn
deutlichste Feldtzeichen des Anti-Christs/ nemlich die Ostien/ darauff da
gantze Papsthumb stehet/ bey richtigen Christen dulden/ zulassen vnd beschöner
Auß der Ostien als dem rechten Kenn- vnd Feldzeichen des newen vnd falsche
Christi ist nie nichts gutes/ sondern Jammer vnd Hertzleid in der Christen
heit entstanden/ welches nicht allein/ der augenschein in der Religion, sonder

au

auch leiblicher zugefügter schad vnd mörderey außweiset. Wie die Papisten vnd Ubiquitisten ein schaum oder schmeltzbrodt erfunden: Also haben sie auch ein zerschmeltzen der Hostien auff der Zungen erdacht. Die Hostien werden etwa daheim von einem Manne oder alten Weibe vnflätig gnug/ auch mehrentheils in der Mönche Clöstern zubereitet/ vnd vielmahl mit Hundefett/ auff daß sie auß dem Kucheisen kommen können/ geschmieret. Pag. 15. Wo ein falsch Brod/ vnd ein falscher Christus ist/ da ist auch ein vermeint vnd falsch Abendmahl. Wie die Päpstler auß new erfundenem falschen Schaumbrodt/ welches sie Ostien nennen/ einen newen vnd falschen Christum gezimmiert vnd gemacht haben: Also haben die Ubiquitisten eben dasselbe Götzen vnd Schaumbrodt mit vnterlassung der Heiligen Brodtbrechung behalten/ vnd in oder vnter dem falschen vnd Schaumbrodt auch einen zum Götzen/ so der wahre Christus auß dem Saamen Davids nicht ist/ dargeschoben/ vnd die armen Leute damit betrogen. *Similia apud eundem* im bericht p. 52, 62, 63. Apologiâ, Postillâ, p. 1. p. 476. *alijsq; locis invenias. Reformatis se sociant quidam* Socinianorum, *itidem placentulas istas panes esse negantes. Vt* Smalcius c. D. Frantz. d. 12. t. 110. Stegmannus in probâ, c. 4. p. 265. *Nonnulli* Rosæcrucianorum, in Sylloge, *an hostia verus & cibarius panis, Hanoviæ An.* 1618. *editâ.*

28. *Equidem in bivio hic me video, quantum ad Reformatos detonantibus quibusdam in Christum, & panem Cœnæ nostrum, corporis Christi communicationem: aliis nos fratres in Christo esse, ac in fidei fundamento planissimè vnum esse, suaviter commentantibus, fraternitatem spiritualem flagitantibus ut decoram, postulantibus ut aquam, persuadentibus ut his temporibus justam ac necessariam. Hoc Irenita* Palatinorum, Junij, Parei, Martyris, Benbellonæ, Crocij, Steinij, Bergij, Munsteri, *supra cæteros in panem nostrum debacchati; ostendunt. Sed quî fraternitas spiritualis cum* tàm gravi panis Christiq; nostri *insectatione constiterit, difficulter quis videre queat? Et ego longè seciùs de nobis sentiendum scribendumq; existimo. Nam si nobis ex vero talis Cœnæ panis & Christus, nec vera nobis Cœna, nec verus Cœnæ vsus, nec verum Christi corpus, nec verus Christus, nec verum fidei fundamen, quod vnicus Christus, nec in Cœnâ vera corporis Christi communicatio, consequenter, nec vera beneficia per eam nobis obsignanda vlla fuerint. Cum quibus vt fraternitatem spiritualem scientes volentesq; ineamus, per Conscientiam fieri nunquam concedemus, & abesse â nobis Christus faciet. Sed* iracundiores *quidam Reformatorum ita in nos, quibus pro corde non pepo, sed zelus in dissentientes datus: Non omnes, aut potiores? Et* Munsterum *in illis locem, quorum animus totus in fermento in hoc scribendi genere. Nec professione Theologus ille, nec Theologicis unquam ex officio operatus, nec in sortem eam liquidò assertus, nec scibilium Theologicorum omnium exactè gnarus fuit. Quo pacto ut hic respondeam, hypothesibus suis*

in

Keckermannum & Rennecherum *jactûs facê prælucet* Tossanus in Re
d. Colloq. Anglico, p. 56. *Et ex proprijs hypothesibus, quas alibi latiùs de*
cam, omnia in mitius, ubi licet, non deterius interpretari, vulnera Ecclesiæ san
non exasperare, iracandiæ ac furori scriptorum cedere aut ignoscere, authoritates
manas universas in Theologicis in solidè probando aut refutando abolere, non in
contendere, pro Christiano esse existimem. In pacem Christianarum Ecclesia
conferre paratus, quidquid in me conferre Deus dignatus fuerit. Hic a. ut in m
duriora emolliam, mitiore quorundam ex ipsis Reformatis sententiâ moveor. Qu
moderatiores quidam in illis, & quibus virulentia ista fortè non ad salivam.

AUCTARIUM.

Ad t. 31. sect: 1. *hæc adjci possunt. De Iudæorum Convivijs in sepult*
Confer Jerem: 16. v. 7. Ezech: 24. v. 22. *Videtur apud Iudæos panis ali*
cibus in sacrificijs pro mortuis appositus, ex Syrac: 30. v. 18. & Baruch: 6
26. *Sed* in primo *comparatio tantùm ab infructuoso & inutili est non mos Iu*
rum recensetur. Nec pro sacrificio, sed edulio mortuo cibus apponi innuitur.
mos fuit, non præcisè laudatur ille, & ut imitandus proponitur: Sed ex κακοζη
gentilium ortus apud Christianos magis improbandus est. In secundo τὸ
Græcis etiam palmam notat, Ut sensus: Idolis tanquam mortuis, palmas adhibe
ut nempe collapsa erigant. Adeò seipsa juvare nequeunt. Sic apud Hesiod
δεκαδώρῳ ἀμάξῃ, *Curru* 10. *Palmorum.*

29. *Vidimus iniquiora quorundam* ê Reformatis *in panem nostrum Eu*
visticum dicta. Sunt & videnda alia molliora, quæ apud Eosdem invenias. Pri
pilus, Calvinus l. 4. instit: c. 12. §. 43. *Panis, ait, sitnè fermentatus, azym*
Vinum rubrum, an album, nihil refert. Hæc indifferentia sunt, & in Ecclesiæ lib
tate posita. Beza ep. 12. *ad Anglicæ Ecclesiæ quosdam fratres: Panis azym*
sit, an fermentatus, non magnoperè putamus laborandum. Musculus L. C.
Cœn: n. 2. §. 3. *Meo judicio nec Latinis erat ratio, tantoperè Græcorum mo*
fermentato pane in Cœnâ Domini utentium q. Ilicitum damnare: nec Græci sic
azymo adhærrere debebant, ut hoc nomine ab Ecclesiis Latinis sejungi se siner
Cum non referat, in azymonè vel fermentato pane, quod postea Græcos in octavâ
nodo tempore Eugenij IV. agnovisse legimus, referat verò plurimum, quàm sincerâ
de communicemus. Goclenius Lex. Phil. lit. P. p. 787. *Fermentari non es*
ratione panis. Itaq; fermentatus à non fermentato non differt specie & οὐσιωδ
Quærunt Theologi, & olim à Patribus quæsitum: an in Cœnâ adhibendus azy
panis, nec ne? Unde schima extitit. Adiaphoron agnoscimus. Frid. Veri
c. D. Schmuck. p. 17. *similiter adiaphorian agnoscit, & contrarium sentie*
non esse pacificos, nec rectè rem intelligere addit. Prout ab aliis citatur. Nam
hi *authorem invenire & videre adhuc non licuit, ut ut solicitè quæsitum.* Marti

s

s tr. d. Sacram: p. 234. *Panis sanè sit hostia: minùs tamen idoneus est ad Sacramenti usum, quòd inusitatus, non alimentarius satis, quin & ob viscosum lentorem stomacho non conveniens, & non aptus ad fractionem. Quia tamen è farinâ vel ignis est coctus, panis dici potest.* Bucanus in L. C. de Cœnâ. *Hostiæ integræ & parvuli panes sunt. Pareus, justo liberalior,* coll. 9. disp. priv. d. 11. t. 4. *panis materiam & formam esse adiaphoram scribit. Ita & ex radicibus ac piscibus confectus admittetur panis. Eumq́ admittit* Alstedius, V. t. 14. D. Fabricius im Bericht von Preussischen Kirchenglauben/ p. 201. Die Oblaten, ob sie schon den Nahmen/ Form und Gebrauch/ so wie ein ander gemein Speißbrodt/ vollkommen nicht haben/ sindt dennoch etlicher massen Brodt/ und können dafür gehalten werden/ sintemal die materia panis, das ist/ Mehl und Wasser da ist/ und auch suo modo gebacken/ und unter ander Speise zu zeiten genützet werden. *Post.* Ist derhalben das erste theil das ander wegen solchen ungleichen Gebrauchs nicht zulästern oder zuverdammen befuget/ sondern mit ihnen vielmehr ein Mitleiden und Gedult zuhabē schuldig. Conf. & p. 202. Amesius *dubitanter*, de panis qualitate in Cœnâ, ait, *nos non contendimus, si modò verus sit & solidus panis, Quod de hostiâ Papistarum vix potest affirmari.* T. 3. Bell. enerv. l. 4. c. 6. §. 2. Bullinger. dec. 5. ser. 9. *Apud Veteres quondam de his, (pane azymo & fermentato,) nullæ movebantur rixæ. Nam Ecclesiæ pro libertate suâ utebantur utroq́. Non paucæ infermentato usæ quod fermentantes non damnabant hæreseos.* Alstedius p. 5. Th. Pol. clas. 7. q. 5. Martinium *secutus, Hostia sanè panis est, inquit, sed minùs idoneus ad Sacramenti usum, tùm quia est inusitatus, tùm quia non est alimentarius satis: tùm quia ob lentorem stomacho inconveniens, nec deniq́ aptus ad fractionem est. Sed* Idem in summ. Cas. consc. c. 51. q. 20. *Verum panem esse* negat, *quia non sit alimentum communissimum è farina sufficiente vi ignis coctum: sed imitatium esse, qui ad Sacramenti usum idoneus non sit, quia nec satis usitatus, nec alimentarius, nec ad fractionem aptus sit.* Lud. Crocius l. 4. Syntag: Theol. c. 14. §. 9. *Substantia panis & vini si retineatur in Cœnâ, perinde est, sive panis sit azymus, sive fermentatus, rotundus, an oblongus, tenuis an crassus, itemq́ vinum rubrum, an album.* Chamier T. 4. Panstr. l. 6. c. 4. §. 4. *Utrovis pane confici Sacramentum posse docet, & retinendum cuiq́ Ecclesiæ suum morem ait. Paucas Ecclesias azymo uti: sed non propterea non unanimem ipsis esse consensum. Postea ad duriora delapsus, hostias non panem, sed farinacea folia vocat, quæ nec panis formam habeant, nec pro pane usquam gentium fuerint usitata.* Münsterum *ipsum si committere velis Münstero,* Postillam p. 1. Con: 1. & 2. in die Viridum *adi. Similia* ap. Zegedinum in tab. L. C. p. 179. Scharpium T. 1. L. C p. 677. Tract. admonit. c. 184. *aliosq́ inveneris. Si* integras Ecclesias *Reformatas poscas, demus* Gene-

vensem, *etiamnùm in azymis Eucharistiam celebrantem. Cum Reformationis i*
tio fermentatus introductus esset reditum est anno 1540. *ad priscum morem. Re*
ventem Magno illo Casaubono ex. 16. c. Baron. n. 12. Basileensem, *hostiaru*
usum adhuc in Cœnâ retinentem : Reformatas Ecclesias per Poloniam, *omnes h*
stiis in Cœnæ usu utentes. Si hypotheses proprias *respicias, panem Barbaroru*
ex radicibus, lignis, leguminibus, paratum pro pane in Cœnâ admitti posse docent,
t. 14, 34. *Et simile quid, quod analogiam panis habeat. Cur non magis azym*
noster in vero pane numeretur, materia formaq; pani longè similior, quàm Indoru
panis? Photinistis primipilum, Socinum, *opponamus,* tr. d. Cœn. Dom. p. 1
Hostia etiam, ait, quam oblateck vocant, esse potest; quia panis est, & frangi pote

30. *Adstructum suprà,* t. 20. *azymum veri panis definitionem participa*
Non tamen hæc adeò liquida, quin dubiis subjaceant, & conflictationibus infestent
Montanus *loco* t. 26. *citato negat definitionem panis perfectam: negat ex Pli*
hauriendam ex Psalm. 104. *ut cor hominis confortet. Hoc potißimam formæ pa*
partem: inde definiendum eum. Succumbere hostias, cum nihil minùs, quàm co
fortent hominem. His responderi potest. 1. Ex fine speciali & exquisito n
debet generalis rei natura definiri, sed ex fine generali & vniversa
Confortare cor hominis finis quidem in pane: sed specialis & exquisitus, non genera
& communis. Non debet finis specialis quidem excludi: sed nec ad eum tantùm d
finitio rei restringi, sed & generalis comprehendi. Hoc supra fecimus, cum nut
cando animali destinatum diximus, t. 5. §. 1. *Scriptura cor hominis confortare p*
nem dicit. Sed attributum aliquod & effectum panis speciale adducit, non inde ad
quatam rei definitionem hauriendam dicit; quod nonnisi absurdißimè dicitur. 2. I
effectu & attributis rerum partes formæ facere est magnam partem L
gicam ignorare, *conceptus essentiales cum extraessentialibus, synonymicos cum p*
ronymicis, quidditativos cum consecutivis, substantias cum accidentibus, prædicame
ta cum prædicamentis, fines cum formis rerum absolutarum confundere. Vinum l
tificat cor hominis. Psalm. 104. *Si hoc partem formæ vini dixeris, indeq; præcisè d*
finiendum vinum contenderis, Logicis ludibrium deberis. Effectus hic & attribut
aliquod in vino est, non forma, non pars formæ, non definitivus & essentialis co
ceptus. Finis aliqualis & specialis est, non forma aut essentia vini. Fines rerum de
nitionibus quandoq; inseri possunt: sed eos partes formarum præcipuas dicere ad mi
mum ἀκυρολογεῖν *a. Sophisticari est. Ita finis in pane, animalis nutritioni inser*
re: consequenter & confortationi; & inprimis hominis. Sed non hæc forma pan
quæ quod substantialem internam concernit, abdita: Quod externam, masticabi
illa consistentia est, ex §. 1. t. 10. *Sic herbis & arboribus, ut attributum additu*
quod semen afferant. Genes. 1. v. 29. *Si hoc essentialem conceptum, aut part*
formæ earum dixeris, in Logicas distinguendi normas impegeris. Sæpè ab attribu

res describitur, quod non statim essentia ejus aut quidditas, minimè pars formæ sani-ori Logices considerationi censendum veniat.

31. Statuta ergò esto definitio: Ex eâ veritatis in pane azymo certitudo. Oppositis rationibus adversus eam insurgitur, quarum potiores ut lustremus, uberior materiæ, quam tractare aggressi sumus, requirat conditio: Ajunt 1. Quo in toto orbe nemo pro pane utitur, id veri panis locum subire nequit, Placentulis orbicularibus azymis nemo pro pane utitur. Ergò, &c. R. Major limitetur: Quo nemo pro pane ullo modo nec communi & quotidiano, nec rariori & peculiari utitur, nec semper, nec ullo tempore, veri panis locum non sustinet. Minor negatur. In V. enim T. azyma pro panibus erant, in Novo Judæis adhuc hodiè sub paschatis festum ésitantur. V. t. 19. 23. Olim veteri Ecclesiæ Christianæ etiam in Cœnâ adhibitus azymus, etiam apud Græcos usq; ad tempora Michaëlis Episcopi Constantinopolitani circa Ann. Christi 1054. qui abrogavit, ut ex Rup: Tuicensi, & Cent: Magdeburgicis refert. D. Gerhard: d. Cœn. §. 23. Figura, quòd noster Orbicularis, subtilis, tenuis, aliis quadrus, aliis teres, in indifferentibus, non necessariis est, quod nec ponit essentiam panis, nec tollit. Et panis crassus, & subtilis est panis, si cætera constent. Sit materia formaq; fini suo conformis in pane: Reliqua ad accidentalia rejiciantur, quæ mirificè variare possunt, salvis essentialibus. Ita azymus noster panis est, etsi minùs usitatus: etsi quotidianæ nutricationi in usu communi non adhibeatur: etsi figurâ tenui à communibus panibus diversus. Azymus semper rarior fermentato: 2. Non statim quod ex farinâ & aquâ ad consistentiam masticabilem pinsitur, panis est. Nam & pultes placentæ, pupæ, imagunculæ, inde parari possunt, nec tamen panes. R. Nec ex solâ pistione ex farinâ & aquâ, id infertur, aut externâ formâ, masticabili consistentiâ; sed & fine, nutriendo animali aptitudine, & cibum esse asserimus, totamq; panis definitionem tribuendo hostiis verum panem esse evincimus. Sola materia rem compositam non constituit. Non dices: Adest cera & funiculus. E. statim cereus? Adest aqua, lupulus, & hordeum maceratum. E. statim cerevisia. Etiam justa paratio requiritur, ut in pane, massæ ad consistentiam redactio, ut comestioni aptus sit. Etiam finis adjiciendus, ut nutritioni animalis paretur & inserviat. 3. Verus panis confortat cor hominis. Psal. 104 Et utilis est ad nutricandum eum. Oblatæ potiùs infirmant ob viscositatem, nauseam, & insalubritatem. Nec nutriunt aut famem sedant, ob eandem nauseam, quam vescentibus adferunt. R. Panis confortat cor hominis, i. e. confortare potest, etsi de facto ob impedimentum quandoq; non confortet. Unum genus magis confortat, alterum minus. Zymites meliùs conforat, azymus infirmiùs. V. t. 21. 22. 30. Ita azymus Judæorum confortabat, sed leviùs fermentato. Famem etiam per 7. dies sedabat, quod nemo negare potest; etsi utiliùs id Zymites egisset. Nutritio alia est firmior & solidior, quæ communis panis est: alia tenuior & subtilior, quæ in nostro. Hæc in Cœnâ sufficit, ubi

non ventri, sed menti cibus suppeditatur. Et ubi non panis in nos, sed nos i *spiritualem creaturam mutandi sumus. Benè* Prudentius in Cathem: *T cibus panisq; noster, tu perennis suavitas. Nescit esurire in ævum, q tuam sumit dapem. Nec lacunam ventris implet, sed fovet vitalia. Na sea, lentor, insalubritas, commoditatem & jucunditatem cibationis & co fortationis inferunt: ipsam nutritionem & confortationem in totum non negar.* V. c. l. *Nostræ hostiæ cibare, nutrire, confortare, queunt, pro azymi ratione, si c piosiore quantitate sumantur, quod hodierna Iudæorum in paschate in simili docet e perientia: De facto parum nutriunt, quia minore quantitate suppeditantur. Ita Z mitis buccella facto parum nutriet, quia modicâ nimis quantitate in Eucharistiâ e hibetur.*

32. 4. Fermentatus fractioni *magis est commodus, validiùs nutrit, frangendo paßionem Christi in cruce evidentiùs repræsentat, communi nutritione sp ritualem Christi in fidelibus refectionem apertiùs adumbrat, quorum nihil hostia ag E. huic ille præferendus. R. In Cœnâ panis non adhibetur repræsentativè, ut vel pa sionem fracturâ, vel spiritualem alimoniam solidiore pasturâ adumbret: sed organ & exhibitivè, ut medium & vehiculum communionis corporis Domini vescentibus s & sacramentaliter eos reficiat. Nec buccella fermentati alimoniam spiritualem ape tè adumbrabit, sed integer panis vescenti dandus, si ob istas adumbrationes in Cœ panem adhiberemus.* 5. Hostiæ *nec craßitiem veri panis, nec figuram, nec quantit tem habent, quam in pane usitatè requirimus. E. nec verus panis sunt.* R. *Non h bent craßitiem & quantitatem panis craßi, communis, & quotidiani: benè tam alicujus, peculiari nempe fini destinati. Crassum esse, magnum, hac illave figurâ pr ditum esse, accidentia panis sunt, quæ alium panis modum & accidentale discrim facere queunt, aliam panis speciem, formam essentialem, aut discrimen essentiale n inferunt. Panem subtilem esse. crassum, album, nigrum, sapidum, insipidum, sal brem, insalubrem, fermentatum, azymum, longum, rotundum, quadratum, vulg rem, singularem, rusticum, delicatum, esse, omnia indifferentia sunt, & in libert Ecclesiæ posita.*

33. 6. Hostia nec cibus *necessarius, nec universalis & communißimus e nec nutritioni animalis destinatur: quæ omnia ad esse panis requirebantur.* §. 1. t. *E. nec proprius panis est. R.* Panis *est cibus necessarius, universalis, communißim sed* in genere & indifferenter *sumptus, non hæc vel illa species in particulari.* l. t. 10. *Quod nutrire poßit & debeat, non quod hæc aut illa species ex æquo id poß Sic una longè communior, universalior, & magis necessaria esse potest, quàm alte Sic panis secundarius longè communior magisq; necessarius primario, ut alicario & milagineo: Nec tamen ob id primarius propriè dictus panis esse negatur. Neceßit universalitas, communitas panis cum amplitudine & differentiâ quadam sumend*

ut ci

ut cum ad species panis descenditur, in unâ longè magis locum habeat, ac alterâ. Universalitas panis etiam in communi, comparata est, non absoluta, & apud omnes gentes simpliciter obtineat. Necessitas etiam talis, & commoditatis, non absolutæ requisitionis est, §. 1. t. 10. Azymus talis & talis panis in specie est, in quo universalitas & necessitas minor esse potest, ac fermentato. Vbi aliquid definitur, quod ad inferiora sua inæqualiter se habet, uni per magis requisita ejus competunt, alteri per minus, eoq; in uno magis urgenda, quàm altero. Sic caro communissimum homini alimentum, & pro commoditate necessarium. Non tamen omnis carnis species æquè necessaria & communis, cum quædam multis prorsùs non in usu, sed abominatione. Vt Suilla Iudæis & Turcis. Aegyptus ab usu ejus abstinebat. Mizald. C. 7. §. 48. Hispani ab eâ vehementer abhorrent. Scalig. ex. 164. Lanatis animalibus abstinet omnis Mensa, nefas illic fœtum jugulare capellæ. Carnib: humanis vesci licet. De Aegypto Juvenalis sat. 10. Anthropophagi humanis carnibus nutriuntur quas nos abominamur. Ens est, quod essentia præditum, sed substantia magis quàm accidens. Conf: Auctor: q. 152. Finis, nutritioni animalis ex se destinatum esse, etiam in pane in genere assignatur. Sed hostia panis in specie & sacramentalis est, qui non pro fine & alimonia corporali, sed spirituali usurpatur. Et finis iste panis in naturâ sui spectati est, quòd tale quid sit, quod ex naturali suâ habitudine nutritioni corporali animalis inservire debeat, eoq; aptum sit. Hostia a. sacramentalis non ex naturâ panis, sed officio sacramentali in Cœnâ est spectanda. Et in quantum panis est, nutritioni eidem animalis, si sufficiente copia adhibeatur, apta, eoq; eò destinata esse potest. t. 31. Eo modo, quo communis & usualis panis definitionem panis participat, hostia eam non participat. Non tamen inde sequitur, quòd nullo modo, Et improprius panis sit. Nec alicarius & similagineus eo modo, quo communis, definitionem participat. Proprius tamen verusq; panis. In analogis notum, quomodo uni inferiori definitio longè per magis, alteri per minus tribuatur. Vt ens Deo & creatis, substantiæ & accidenti, finito & infinito, demonstratio priori & posteriori, similibusq;. Idem de denitione panis ad inferiora attributâ habendum. Communis & usitatior panis hostia non est, eoq; nec eo modo definitionem panis participare tenetur. Interim ad veritatem panis sufficit, si suo modo participet. Quod & quidam Reformatorum negare nequeunt. V. t. 29. 30. Sic creatura non ob id ens improprium sit, quòd eo modo, quo creator, entis definitionem non participet.

34. 7. Hostiæ ex Papatu originem trahunt, ibiq; ad sacrificium missæ adhibitæ, unde & hostiæ dictæ. Non ergò Evangelicorum Eucharistiæ aptæ, qui se à Papatu defecisse profitentur. R. nec omne quod ex Papatu originem trahit, Evangelicis reprobandum, ut multa Patrum scripta, Antiquitates, Ritus, suggestus, templa, annales, cerei, quos in solennitatibus Academicis ipsi reformati adhibent: nec hostias ex Papatu præcisè ortas esse satis firmiter probari potest. Clemens ep. 2. Epiphanius in

us in Ancorato, Chrysostomus, *orbicularium panum meminerunt. Oblatorum mentio apud* Justinum Martyrem & Irenæum *est. Azymis in Cœnæ administratione à temporibus Apostolorum Græci usi sunt.* Cent. Magdeb. 11. c. 9. Alexandro I. circa *Anni Christi* 110. *vel* 230. *ut alij, azymorum in cœnâ institutionem adscribunt.* Poly Virgil: l. 5. c. 10. *Vbi nihil aut parum adhuc Papatus. Alij Alexandro III. circa An: Christi* 1177. *hostias tribuunt, ut* Münsterus in Postilla p. 437. *Quanquam in* apologiâ Postillæ p. 131. & im Bericht/ p. 4. *Gregorium M. circa An:* 592. *hostias panes nummularios vocavisse tradit. Si eo tempore jam tùm sic vocatæ, quomodo An:* 1177. *demùm institutæ? Res tota de tempore cœptarum hostiarum in incerto est. Certum, veri panis essentiam participare. Hostias in Papatu dixerunt, quòd Cœnam in sacrificium mutârint.* Nos, *quòd media sint, quibus vera pro peccatis nostris hostia; Corpus Christi, in usu Cœnæ nobis communicetur. Ita liberè retinentur, non quòd Papisticæ, aut eo fine adhibenda: sed quòd ad usum Cœnæ commodæ.* 8. In dubio *potiùs certiora sunt sequenda, quàm incerta. Sed certiùs, usitatum ac fermentatum panem verum & univocum panem esse, quàm hostias, de quibus multi dubitant, & res adhuc est in Controversiâ, E. magis assumendus panis vulgaris, quàm hostia.* R. In dubio *certiora sunt sequenda, quæ sunt reverâ & rei ipsius certitudine certa sunt; non autem quæ ab aliquibus pro certioribus tantùm acceptantur, cum reipsâ nihilo certiora sint illis, quæ ipsi pro incertis habent. Ita æquè certum reipsâ est, azymum esse verum panem, ac fermentatum. Quod hoc velut certius priori assumitur, ex hypothesi quorundam est, qui super eis contendere cœperunt, non naturâ rei ipsius, quasi hæc in uno certior esset, ac altero. Veteribus uterque panis sine incertitudinis suspicione panis dictus.* t. 20. *Certitudini hypothesi quorundam nixæ, non magis assentiri, quàm certitudini ex veritate ipsius rei pendenti, tenemur.* 2. Mutatur *status quæstionis. Non jam quæritur, utrum satius sit, communem panem præ hostia adhibere, quod consentiente Ecclesia nos omninò licitum, & satius esse concedimus: Sed an hostia nostra propriè dictus panis sit. Hoc nobis sufficiens est. Alterum non præcisè negamus. Sed tùm* comparatè quærendum, Et utrumque panem, communem & azymum, verum, bonum, licitum *esse, concedendum. Ac concesso eo,* Vter verior, melior, magis licitus censendus, *quæratur? Hic præferri potest panis usualis, si Ecclesia velit. Sed non negandus verus panis minus usualis, Hostia; minùs probrosè insectandus. De quo contra nonnullos nobis jam disceptatio, qui negant nostrum panem verum, bonum, licitum esse, Et convitiis insectantur.* Pro coronide *breviter sequentia habeantur.* 1. Graves *speciosasque causas oppugnandi hostias in Cœnâ Reformati habent, non tam frivolas, quales à nostris interdum adducuntur. Eoque quòd oppugnaverint, imputari ipsis non debet.* 2. Tantæ *causæ non sunt, ut hostias verum panem non esse immediatè ostendere possint, eoque Ecclesiæ super his sejungi non debent, sed potiùs conjugi, & amphi-*

phi-

phoriam utrinq; agnoscere. 3. Cōvitijs in re in se adiaphorâ omninò non pugnandū, secùs Christianismus evertitur, Deóq; gravis ratio aliquando reddetur. 4. Hostia panis verus est: Sed communis panis non est. 5. Tutius est, communem & ab omnibus concessum, à nullo negatum, panem adhibere, quàm peculiarem. Sed hoc non privatorum est moliri, sed totius Ecclesiæ: Contra cujus consensum nihil hic agendum. Ordine enim & decenter omnia in Ecclesiâ agenda.

35. Satis de rationibus veritati azymi nostri in Cœnâ oppositis. Quæritur 2. de eo: An vice panis aliud quid, quod ejus locum qualitercunq; apud quosdam habeat, in Cœnâ adhiberi liceat, quando verus panis haberi nequeat? Affirmant id Beza Epist: 2. Nec multum abludit Sadeel in art. abjurat. a. 12. Alstedius t. 14. citatus, alijq;. Scharpio idem tribuit Contzenius in Coron: Jubilor: c. 51. p. 480. Et in cursu Theolog. d. Cœn. Contr: 3. q. 1. p. 688. b. apertè id dicit: Sed p. 676. b. ad oppositum inclinat, nec carnem, nec quodvis aliud ad alendum pane aptius esse, eoq; panem Christum adhibuisse docens. Reformati ministri in America Anno 1557. concluserunt, in necessitatis casu farinam radicalem & potum Barbarorum panis & vini loco in Cœnâ adhiberi posse. Zieglerus in Americâ pag. 149. Cataphryges sanguinem infantis anniculi pani miscuerunt. Pepuziani caseum ei junxerunt. In quibusdam Ecclesiis uvas cum pane obtulerunt: Gnostici detestandis modis panem Cœnæ conspurcaverunt. Alij panes Indicos ex radicibus contusis admittunt. V. t. 14. Verius oppositum. 1. Essentialia Sacramentorum ab ordinatione Christi pendent, & nulli hominum sunt immutanda. Verbum enim promissionis certo elemento externo est determinatum, non indeterminatum relictum. Sed panis verus est altera essentialis pars terrena, Sacramenti Eucharistiæ. E. nulli hominum eum immutare licet. 2. A magis probabili ad minùs: testamenta hominum ritè confirmata nulli hominum mutare licet Gal: 3. c. 15. Quod magis credibile est homini licere. E. nec Testamentum Christi, qui Deus & homo, in substantialibus mutare licet, quod minùs credibile est, homini licere: Sed Cœna est Testamentum & nova dispositio, quam cum adultis Christianis sanxit Christus, ob actionem edendi, bibendiq; præscriptam Matt: 26. v. 28. Luc: 22. v. 20. Quam vocem qui insectantur aut convitiantur, magis se circa voces languere & rixari velle ostendunt, quàm circa res consentire. De eâ Casaubon: ex 16. c. Baron: §. 35. videri potest. 3 Quomodo panis Eucharisticus Corpus Christi unitum habeat, & qua ratione de eo consequenter prædicetur? Breviter, localem conjunctionem, hoc delibando, quod alibi latiùs deducendum, habet panis iste in usu Sacramentali unitum corpus Christi non univocè aut essentialiter, non per conversionem essentialem, transubstantionē, vel substantialem panis in Corpus Christi conversionem, non per consubstantiationem, non immediatè, quod ipsa essentia corporis Christi in se & immediatè esset, sic enim substantia viva rationalis esset: Non

signotenùs, *schetikῶς*, *analogicè, relativè, repræsentativè, significativè, symboli*,
nominaliter, extra usum: sed generalitate Metaphysicâ, unione reali, substantiali e-
tra essentiali: specialitate Theologicâ unione verissimâ, supernaturali, mysticâ: Spe-
alissimè unione mysticâ Sacramentali, usum edendi requirente, & ad eum determin-
tâ. Ut sit medium Sacramentale in usu, Sacramentali Corpus Christi verissimè of-
rens, & ad manducandum exhibens. Hinc κοινωνία Corporis Christi dicitur, 1. Co:
10. v. 16. *non immediatè Corpus Christi.* Nec *Biblica hæc propositio est: sed Ecc-*
siastica. Et consequenter prædicatur Corpus Christi de pane Eucharistico generalit-
Logicâ in modo essendi uniendiq; fundatâ, affirmativè extra essentialiter seu prædi-
tione affirmante denominativâ generaliter, ut alibi pluribus contra ignorantes fa-
opera evinci potest: Et Tract: d. *modis prædicandi* f. n. *ostentum. Specialit-*
Theologicâ prædicatione verissimâ, mysticâ, & Sacramentali, prout modus unio-
illud postulat. Ut enim modus unionis se habet in re: sic modus prædicationis in -
tione & Enunciatione. De quo latiùs peculiariter alibi.

36. 4. Cur frangi dicitur hic panis, Act. 2. v. 46. c. 20. v. 75. *Si -*
men necessariò panis Eucharisticus hic intelligendus, quod Patrum quidem permul-
Augustinus, Primasius, Haymo, Oecumenius, Papistarum nonnulli, Baronius, S-
meron, Gagneius, Montanus, Bellarminus, Becanus, Sanctius, A Lapide, secùs t-
men sentientibus Lyrano, Cajetano, & Carthusiano, Reformatorum pleriq;, & no-
nulli è nostris arbitrantur, nec apodicticè fortassè probari potest. Nempe, *quia I-*
dæi olim ita fingere panes sunt soliti, ut profundæ lineæ in decussim trajectæ eos -
distinguerent, ut crebræ ac minutæ areolæ lineis conclusæ per totam panis faciem -
serentur, quæ buccellæ dictæ, ut ex Rabbino Iudaicæ antiquitatis peritissimo se acc-
pisse tradit Baronius Tó. 1. Annal. ann: 648. *Aptissimè ergò frangi potueru-*
panes isti ob incisiones s. lineas profundas, quæ buccellas quadrabant. Apud Roman-
panis in quadras distinguebatur, ut ex Virgilij *moreto patet*: Format opus, pa-
misq; suum dilatat in orbem, Et notat impressis æquo discrimine qu-
dris. *Non, quòd quarta panis pars essent, ut communiter explicatur: sed quòd qu-*
drata buccella lineis transversis in pane signata esse soleret, quæq; longè crebriùs qu-
quarta tantùm vice in pane exprimebatur. Martial: l. 9. epigr: 92. Et plur-
ma secta quadra de placentâ, *quòd de quartâ parte dici nequit.* L. 6. ep. 7-
quadram pro buccellâ sumit. Cum mittis turdumvè mihi, quadramvè placentæ, s-
ve femur leporis, sive quid his simile. Buccellas misisse tuas te, Pontia, dici-
Sic βλωμίλιος *est panis buccellatim distinctus, ut nominis ratio docet.* βλωμ-
non morsus, bolus buccella, est ; *à* βάλλω, *vel* בָּלַע *absorbere, deglutire. Un-*
βλωμίλιοι ἄρτοι, *qui incisiones habent in quadras. Hunc a Romanis quadratu-*
dici Athenæus l. 3. *tradit. Buccella a. non est quarta præcisè rei pars.* Hesiod-
etiam l. 2. Op: *panis in* 8. *buccellas divisi meminit*, ἄρτον ὀκτάβλωμ- v. p-

nem octo buccellarum seu turundarum, ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον ὀκτάβλωμον. Panem comedens quadrifidum octo morsuum, velut Valla reddidit, Quadrifidum panis & ofellas cæsus in octo sit cibus huic. Quanquam alij quadras majores buccellis partes in pane faciunt, vt Martin: Lex. Græc. p. 254. Quasi panis 4. incisiones habuerit, & quælibet 8. buccellas continuerit, unde 32. buccellæ in pane toto, ut quidam explicant. Apud Amm: Marcellinum l. 7. Spartianum in Pescennino panis buccellati est mentio. Panem Eucharisticum olim buccellatum fuisse Paulinus & Therasia ep. 36. inter Epist: Augustini docent.

37. 5. Quis abusus hujus panis Eucharistici? Multiplex ille. 1. Cum indignè sumitur, & judicium indignè sumendo comeditur. Cum non satis se paravit homo, aut peccatis mortalibus, & quorum nec notitia, nec discußio sufficiens animum subijt, nec pœnitentia acta, nec iterati serio abnegata, implicitus, sine verâ fide vitæq; melioris proposito comedit illum. 2. Cum prorsùs contemnitur, ususq; ejus salutaris nec quæritur, nec desideratur, nec intenditur. Quod atheorum, Epicureorum & nominalium Christianorum proprium esse solet. Veteres quotidiè Cœnam usurpabant. Postea singulis diebus Dominicis communicatum. Alij tres vices præscripserunt per annum: alij ad minimum circa Pascha semel homines communione uti jusserunt. Plurib: Theologi hæc persequuntur. V. D. Gerh: de Cœn: §. 255. 257. 3. Cum solitarius panis in Cœnâ Laicis porrigitur, & calix negatur. Quæ fœda institutionis Christi mandatum inclusum habentis est eversio, Pontificijs in Communione sub unâ, ut vocant, usitata. Quibusdam Orthodoxis unâ specie apud Papistas uti libuit. Sed peßimè ceßit, & in desperationem lapsi fœdè extincti sunt. Manlius Coll: p. 90. De quo alibi fortè. 4. Cum subjectis non competentibus datur hostia consecrata. Vt infantibus, quod olim usitatum fuisse ex Dionysio, Cypriano, Augustino, alijsq; patet. Cum tamen illi, ut usu rationis destituti, probare se non poßint: Vel furiosis in ipso furore constitutis, nec intervalla ejus experientibus: Vel ebrij ipso ebrietatis actu constitutis, qui similiter probare se non possunt. Canonistæ versus habent de arcendis quibusdam à Cœna, & sacro pane esitando: Ebrius, infamis, erroneus atq; furentes cum pueris Domini non debent sumere corpus. Vel cum bestijs & brutis animalibus datur. Sic in bello Neapolitano, cum ingens aquæ penuria esset, hostiam consecratam milites dederunt asino & in mare ipsum præcipitarunt, ut aquas cieret. Tempestas tanta est exorta, ut omnes se perituros existimarent. Manlius c. l. p. 91. In libro conform: Francisci legitur, quòd Antonius, cum Bonelus quidam credere nollet, hostiam consecratam corpus Christi esse, missam celebrârit, hostiamq; Cœnæ asinæ dederit, quæ genu flexo reverentiam exhibuerit, & præsentiam Christi velut agnoverit. Quo viso Bonelum Catholicum factum esse, ut ex libro allegato refert Brut: fulm. p. 23.

38. 5. Cum ad otiosas pompas & theatricas circumgestationes circumfertur,

ut in processionibus apud Papistas fit. Romæ, quoties Papa peregrè proficiscitur, bestia equo imposita, cui ex collo tintinabulum propendet, cum lixis & agasonibus diebus aliquot præmittitur ad locū, ad quem Papa veniet, & appropinquanti illi obviam solenni studio in processu defertur, eumq́; comitatur: Idem p. 20. 21. 6. Cum *illicito fine sumitur, aut aliis modis irreverenter tractatur.* illicito fine, *ut cum in testimonium innocentiæ sumitur. Ita multi ex vulgo ad testandam innocentiam aut causæ justitiam se Cœnam usurpaturos dicunt.* Gregorius V. Papa sic eo ad Henricum Imper: usus V. Schafnabarg. ad An: 1077. Satyrus *quidam pane consecrato ad collum appenso ad naufragium evitandum usus est.* Ambros: Orat. de obitu Satyri. Gorgonia. *Nazianzeni soror eo ad sanitatem impetrandam usa est. Presbyteri quidam eo ad curandam à dæmonum vexatione domum usi sunt.* Alij *super pectus mortui Monachi posuerunt, ut sepeliri ille posset, cum aliàs nequiret. Molitoris cujusdam uxor ad divitias impetrandas eum sub molarem lapidē reposuit, & cum deprehensa de facto esset, velut rea profanati Sacramenti igne exusta est.* Alij *ad incendia restinguenda & similes casus avertendos eum reponunt, & utuntur.* Basilius *eâ hora, quâ è vivis excessit, partem hostiæ accepit, quam secum tumulare decreverat. Idem hostiam in tres partes divisisse fertur. Unâ usus, alteram super altare reposuit, tertiam secum sepeliendam per annos 7. reservavit.* Judas *proditor acceptum panem Eucharisticum occultasse à* Theophylacto *dicitur, & Iudæis non sine irrisione Magistri sui ostentasse.* Mulierculæ *quædam in arculis & strophiolis eum conservârunt.* Quidam *ori mortuorum eum imposuerunt.* Alij *infantibus eum dederunt:* Gerhard. de Cœnâ. §. 60. & 197. Cum *nefandis facinoribus patrandis aut Magicis incantamentis sacrilegè adhibetur. Anno 1313. Ioannes de monte Politiano Prædicatorius Monachus, Henrico VII. Imperatori hostiam venenatam Bonconventi in Italia in Cœnâ porrexit, unde paulò post Imperator mortuus, & Monacho veniam dedit.* Zwingerus vol. 10. l. 2. Gregorius VII. *Papa pane consecrato ad Magica abusus est.* V. Gerh: c. l. §. 197. Saga quædam veneno eum infecit. Bodin. l. 5. c 4. *Milites quidam ad cutem durandam ac à globis inpenetrabilem reddendam eo abutuntur, quod ipsi* die Passawerkunst *vocant. In Hungariâ miles eam calcibus inseri & cuti immitti curavit. Sed post exscindi atq; eximi nequijt, & ingens angor militem occupavit, ac penè ad desperandum adegit. cum ad exorcisationes & conjurationes adhibet, ut in Papatu interdùm.* V. Gerhardum append: a. 15. l. 2. q. 2. conf. Cathol: Irreverenter *tractatur. Sic Iudæi in Megapolitaniâ hostias consecratas è templo rapuerunt, in plateas sparserunt, pedibus calcârunt, verberârunt, & immanibus convitiis exagitârunt. Alias vice hostiam à fœminâ emptam acubus pupugerunt, & cani devorandam projecerunt. Panis totus sanguinolentus fuisse, & attactus vagijsse narratur, ut ex Bocero refert* Melander Tom: 1. jocos c. 89. *Anno 1510. 38. Iudæi Bernoæ sacramentales*

hos-

hostiam à sacrilego quodam Pomerano emptam pugionibus & cultellis ignominiosè confoderunt, unde sanguis tantâ copiâ profluxit, ut celari nullâ ratione potuerit. Nom in ignem aut aquam hostiam projectam obolere, nec panibus alijs immistam percoquere potuerunt. Donec res patefacta, & vivi comburio Iudæi, paucis exceptis, 19. Iulij absumpti sunt. Manl. p. 87. Prompt. Ex T. 1. p. 239. Bruxellis Iudæus quidam Abrahamus cum aliis festo parasceves hostiam cultellis confodit, & sanguis copiosius inde manavit. Prompt: c. l. Huc & pertinet, cum ad analogiã Eucharistici panis alius panis sumitur, & irreverenter ac in contemptũ Eucharistiæ usurpatur. Sic quidam malè Christianus panis buccella in catino repositâ & modico vini affuso, humi procumbens utrumq; deglutijt & tantundem ac qui synaxi usus sit, accepisse dixit. Quod vidisse se D. Mylius in synopsi Comœd. Misn: testatur. Conf. d. Hutter. Conc. Conc. c. 49. Item: Cum varia fingunt de pane Cœnæ V. Stenium l. 10. c. 10. Groth: triumph: Bellarmin: 3. d. Euchar: c. 8. aliosq; V. f. t. 44.

39. Sic de abusu azymi novi Test: ac universim de illo. Sequatur panis fermentatus, qui ex farinâ & aquâ, fermento admisto, crasso vel subtiliore, paratur. Unde panis vilior & plebejus, vel delicatior & primarius oritur. Circa fermentatum quæritur? 1. Quid fermentum, & unde ei tanta penetrandi vis? Fermentum dictum, quòd fervendo crescat. Græcis ζύμωμα & ζύμη, est farina subacta ad pultis modum decocta, & relicta, donec acescat, aut alijs medijs adhibitis in acorem deducta. Media illa sunt milium è musto subactum, furfures tritici è musto subacti, farina nondum salita ad pultis modum decocta, donec acescat, erviliæ aut cicerculæ admistio. Hodiè & ex lupulo, fecibus, aceti, succi acerbi, omphacij vel succi uvæ acerbæ nondumq; maturæ, pomorum agrestium additione, & similibus fermenti rationem desumere, posteriorum invenit solertia. Priscos fermentandi modos Plinius l. 18. c. 11. tradit. Milij præcipuus, inquit, ad fermenta usus, è musto subacti, in annuum tempus. Simile fit ex tritici furfuribus minutis & optimis, è musto albo triduo macerato subactis, ac Sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendo dilutos cum similagine seminis fervefaciunt; atq; ita farinæ miscent, sic optimum panem fieri arbitrantes. Et hæc quidem genera vindemiis tantùm fiunt. Quo libeat vero tempore, ex aquâ hordeoq; bilibres offæ ferventi foco vel fictili patinâ torrentur cinere & carbone, usq; dùm rubeant. Postea operiuntur in vasis, donec acescant. Cum fieret panis hordeaceus, ex erviliæ aut cicerculæ admistione fermentabatur. Nunc fermentum fit ex ipsâ farinâ, quæ subigitur, priusquàm addatur sal, ad pultis modum decoctâ, & relictâ, donec acescat. Vulgò verò nec suffervefaciunt, sed tantùm pridiè asservatâ materiâ utuntur. Palamq; natura est, acore fermentari. Hactenùs de fermento Plinius. Apud Christianos variè fit fermentum. Ex farinâ triticeâ subactâ ad triticeos, ex secali in secalinos pa-

mes adhibetur, quæ cooperta relinquuntur, donec acescunt. Interdum acetum ut succus acerbus additur. Quidam dolia aceti fermento obturari optimum credunt, sic enim promptiùs validiusq; acescere fermenta. Alij, cum mustum in dolijs effervescit, spumosum, quod eructat, cum farinâ milij subigunt, & exactè tundentes in pastillos cogunt, qui sole siccati ad usum in loco humidiore servantur. Alij pridiè, quàm panes finguntur, uvas in aquam dimittunt. Postridiè, quas fluitantes invenerint, comprimunt, unde fluidum illum liquorem vice fermenti usurpant. Quomodo panes suaviores fieri existimant. Galliæ & Hispaniæ frumento in potum resoluto, spumâ ejus concretâ pro fermento utebatur. Qui mos hodiè quoq; apud Flandros durat, eâ de causâ levior illis, quàm cæteris, est panis. Optimum facilimumq; fermentum quidam habent, quod ex farina decoctâ relictâ, donec acescat nullâ additione succi aceti, conficitur. In dies 15. plus minùs servari poßit, postea corrumpatur. Scoticæ gentes in potibus conficiendis ad gratum acorem conciliandum fermentum adhibebant. Virgil. 3. Georg: de illis: Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti fermento atq; acidis imitantur vitea sorbis. Unde a. penetrandi pervadendiq; illa vis in fermento, ambiguum? An occultâ substantiæ proprietate id agere credendum? Quomodo & spiritus quosdam Chymicos mutuâ substantia sese penetrare, ac invicem digladiari, & in calce vivâ aquâ perfusâ simile quid fieri observamus. V. Dec: 2. d. 8. t. 26. 27. An aciditate, quam vel ex milio, vel fecibus vini ut cerevisiæ, vel furfuribus, ervilijs, lupulo, aut aliunde habet? Acida autem valde penetrantia esse, acetum, omphacium, succi acerbi, aliaq; docent.

40. 2. Cur panis fermentatus salubrior azymo? Ratio t. 21. dicta est, unde sumenda. 3. Cur Deus in sacrificijs V. T. severè vetuit fermentum & mel adhiberi, Lev: 2. v. 11? Cum tamen panis fermentatus jucundior palato, & utilior stomacho sit, quàm azymus. Vel quia sacrificia debuerunt esse purißima: azyma autem puriora sunt fermentatis, & fermentata sorditiei quid [illegible]bus admiscent, unde impuritati peccati fermentum comparatur, azymum puritati. 2. Cor: 5. Et in fermento jacere, irâ aut peccato spurcati apud Latinos dicuntur, ut t. 41. patebit: Vel quia quotidiano azymi in sacrificijs usu Deus perpetuam memoriam liberationis ex Aegypto in animis Iudæorum concitare volebat, quando ob [illegible]stinationem egressus azymis sunt usi, nec ad fermentandum panem tempus est conc[illegible]sum. Exod: 12. v. 24. 39. Unde & azyma panis afflictionis dicuntur, v. t. [illegible]. Vel quia monebantur eo Iudæi, sacrificantium manus & animos ab omni peccato [illegible] spurcitie immunes esse debere, & cogitata innocenter in misericordiam Dei defigenda, si sacrificium Deo gratum evadere debeat. Fermento peccati spurcatarum m[illegible]nuum sacrificia Deo nihil placent. V. Sirac. 34. v. 21. 22. 23. c. 35. v. 1. 2. se[illegible]. Prov: 21. v. 27. Optima apud Deum oblatio, pura mens, & perturbationum [illegible]caps animus, ut Porphyrius dixit. Quâ de re plura ap. Camer: C. 2. c. 1. me[illegible]:

le[illegible]

lege. Sic in paschate diligenter fermentum expurgandum, unde & Hebræi, cum candela quærit, ut puritas commendet. Novarin l. 5 Elect: n. 1. q. 8. seq. Eadem de causâ mel in sacrificiis prohibetur, tùm quia impurum quid est, & pani instar fermenti: coctum enim mel acorem contrahit, panemq́, cui miscetur, fermentat; Stomachoq́ inimicum, flatulentum ac biliosum est: Dulcia se in bilem vertunt, ait Horat: l. 2. Sat. 2. Velut absynthium stomacho utile, cujus feces expurgat: Tùm quia Baccho in sacrificiis offerebatur ab Ethnicis, Ovid: 3. Fastorum: Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus ille gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Noluit ergò hac in re Deus gentilium sacrificiis sociari: Tùm ut mysticè notaretur in Christi sacrificio mel, i. e. omnem lætitiam & suavitatem abfuturam, omnem acerbitatem adfuturam. Esa: 53. & in veris piorum sacrificijs mel mundanum, id est, voluptatem vanam ac carnalem, hypocrisin & simulationem, quæ Deo displicent, abesse debere. Notat enim mel symbolicè voluptatem & hypocrysin, quâ mel in ore, & fel in corde geritur. V. Prov: 5. v. 3. Tùm, quia mel vino valde contrarium, cujus admistione corrumpitur, & quo gustato deficit. Vinum a. in sacrificijs libandum erat Num: 15. v. 5. 7. 10. Ejus ergò oppositum à sacrificiis justè excludebatur. Conf: Novarinum. l 5. Elect: n. 1094. seq.

41. 4. Sed cur in primitijs fermentum & mel admittebatur à Deo, non a. in sacrificijs, Lev: 2 v. 12. c. 23. v. 17? Cyrillus lib. 15. d. ador: per fermentum astutiam intelligit, quæ ad bonum & malum indifferens. Ideò offerri potuisse putat, non sacrificari, quia proba astutia, etsi à Deo non repudietur, si opportunè pietatis causâ adhibeatur, non tamen pro spirituali sacrificio censeatur. Hæc magis allegorica, quàm litteralia. Admittebantur in primitijs illa, & quia in cibum usumq́ Sacerdotum cedebant primitiæ. Num: 18. v. 12. 13. Lev: 23. v. 20. Et quia mysticè Sacerdotes peccata populi fermento & melle notata velut comedere, coquere & digerere debebant pœnitentiâ, confeßione, absolutione, deprecatione pro peccatoribus. Peccata n. sunt mel & fermentum, quæ melleam homini ingerunt voluptatem, sed quæ in fel & fermentum desinit. 5. Cur Flamini Diali apud Romanos non licuit fermentum a farinam tangere? Morem servatum tradit Plutarch: in qu. Rom: q. 109. Vel quia azymus purior & sincerior est, & sinceritatis index est: fermentum ex corruptione nascitur, corruptionis est index, & farinam cui admiscetur, corrumpit, ac putrefactionis speciem gerit, & si modum excedat, planè acidam perditamquè reddit farinam: Vt ita notetur, ab corruptione & putredine immunem servare se debere: Vel quia farina alimentum imperfectum & crudum est, cum nec manserit, quod erat, ut triticum, secale, &c. nec sit, quod fieri debebat, ut panis, sicq́ & seminis naturam amisit, nec panis adhuc formam recepit. Et notatum est, flaminem in sinceritate perfectum esse debere, non inter utrumq́ deficere. Sic fabis non vescebantur flamines, quoniam in flore ejus literas lugubres reperiri credebant

bant veteres, & mortuorum animas in ea esse, quare & parentationibus assumebantur, ne ullà in re contaminaretur flamen. Notante Plinio lib: 18. c. 12. Vel *uia flatus generat, superfluitates gignit, & ad Venerem instigat ob flatuum & spirituum generationem. Flamines a. puros oportebat esse, eoquè cibis puris & tenuibus uti.* Plutarch: c. l. q 95. 6. Quid totum in fermento jacere apud Latinos notat? *Proverbialis loquendi forma est, in fermento jacere, Latinis Græcisq; usitata:* ἐν τῇ ζυμῇ κεῖσθαι. Plaut: Merc. a. 5. sc. 3. *Mea uxor propter illam tota in fermento jacet.* In Casin. a. 2. s. 5. *Nunc in fermento tota est, ita turget mihi. Dicitur in eos, qui animo ægro sunt, ac iracundiâ turgent. Fermentum acorem habet & tumorem, facitq; massam effervescere & intumere. Vnde* ὀργᾶν proprium fermenti est, *cum massam inflat,* ὀργὴ *a. ira est, quia pectus & animum inflat. Sic in acerbitatem & effervescentiam bilis conciliat. Vnde odio detumescere, intumescere, turgere, apud Latinos dicuntur.* Horat. 1. od. 13. *Væ, meum tervens difficilbile tumet jecur. Ita Hebræis fermentari pro ira turgere sumitur. Interdum & de aliis morum corruptione dicitur: Vt* Prudentius: *Cum fermentati turgescant mores.* Persius sat: 1. *etiam in studia ambitiosa & ostentatricia retulit.* Quo didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus innata est, rupto jecore exirit caprificus. Interdum *& ad fertilitatem accommodatur, &* γήνοργαδα *terram inexhaustæ fertilitatis appellant, quæ gestiente velut Natura semina accipiat & fertiliter educat. Vnde* Helladius *apud* Photium p. 872. Biblioth. *Communiter terra* ὀργάς *vel Catulliens dicitur, quæ valde habilis ad excipiendos fructus est: Athenienses verò Orgadem s. Catullientem terram propriè dixere.* ὀργᾶν *autem fermentare & attollere est. Item florere, vigere. Sinap.* Theophrast. 4. de plant. c. 10. ὀργῶσα γῆ, *turgescens terra, apud* Aristot. 9. hi: an. c. 8. ὀργῶσι βότρυες *turgescant racemi.*

42. *Panis Fermentatus* in genere *visus est. Videndus restat* in speciebus suis & partibus. Ex speciebus *panis fermentatus* est vel secundarius vel primarius. Secundarius, *qui ex viliore materiâ & in viliorū usus paratur. Vt ex secali, hordeo, furfuribus, aceribus. Vnde secalinus, hordaceus, furfuraceus, acerosus dicitur.* Roggen/ Gersten/ Kleyen/ Spreyen Brodt. Suetonius in Aug: §. 76. *Secundarium panem & pisciculos minutos, & caseum bubulum, maximè appetebat. Nonnunquam ater, vilis, cibarius & sordidus vocatur, quòd is cibum servis daretur, nec delicatus esset.* Cic: 4. Tusc: §. 97. *Ptolomæo Ægyptum peragranti comitibus non consecutis, cum cibarius in casâ panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. Ita & cibarium oleum pro vili parviq; pretij dixit* Plinius l. 12. *Et cibarius panis sordidus, à quo furfur excretum non est, quem Græci* αὐτόπυρον *vocant. Vinum etiam cibarium pro ignobili sumunt. De pane atro* ...

Ith:

1. th. 29. *dictum.* Secalinus *est panis fermentatus communis, ex secali paratus. Secale est frugis genus ad panem viliorem concinnandum utile.* Roggen. *Dicitur & farrago, Gallis secla.* Plinius l. 18. c. 16. *Id quod secale ac farrago appellatur, occari tantum desiderat. Secale Taurini sub Alpibus Asiam vocarunt, (Plinij tempore sic vocarunt, non bodierno, ut vult Ruellius; nam sel concisâ voce, & productâ vocali hodie vocant, ut* Scalig. ex. 292. sect. 1. *testatur.) Deterrimum, & tantùm ad arcendam famem utile: fœcunda, sed gracili stipulâ, nigritia triste, sed pondere præcipuum: admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinem ejus. Et tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicunque solo cum centesimo grano, ipsumque pro lœtamine est.* Cardanus *eandem frugem siliginem & secale habet. Falsum hoc esse contra eum ostendit* Scalig: c.l. *Quantum à siligine secale distet, tribus potissimùm rationibus apparebit. E soli naturâ, pondere, colore. Addit Plinij locum allegatum. Secalinus panis primo cibo sumptus ad alvum emolliendam prodest. Sed ater & ponderosus est, qui mandendo lentorem dentibus ministret, stomacho gravitatem adferat; otiosis nec valido exercitio viventibus difficillimè conficitur, obstructiones viscerum parit, calculos gignit, succi crassi, lenti & melancholici existit, & non laborantibus nocentissimus est. Multi tamen secalinis panibus victitantes & saluberrimè & diutius vivunt, quia à teneris iis assvescunt. Quibusdam locis ampliore magnitudine instar casei fiunt, & in multos menses servantur. Vt Placentinis, Lugdunensibus, Forensibus, Allobrogibus, Arvernis, Boiis, Westphalis. Rusticis maxima in parte Galliarum in esu frequentissimi sunt panes secalini. Quidam in siti pro potione aquam sumunt, in quâ panis secalinus maduerit: gratiusque putant, si frequenter aquâ transvasetur, acidum n. & non insvavem saporem bibentibus repræsentet. Sub Friderico Misniæ Marchione Magistro Prutenico Brandeburgi in Borussiâ secale â præfectis satum cum adolevisset, maximam partem* in alliū *degeneravit, cujus capita quædam pro miraculo Marchioni in Misniam sunt missa.* Henneber. in Chron. Pruten: p. 35.

43. Panis hordeaceus *est panis fermentatus communis, ex hordeo ut materiâ paratus. Vetustissimis usitatissimus fuit, ut partim ex sacris* 2. Reg. 4. 42. Joh: 6. v. 9. *partim ex profanis patet.* V. sect. 1. th. 14. *Aegyptij cyllastim vocârunt, ut ex Nicandro Thyatireno,* Athænæus *narrat,* lib. 3. c. 16. *Diphilus eum magis nutrire, meliusque digeri, ac meliorem omninò cæteris dixit, ut Idem* cap: 18. *addit. Hodiè tamen cibis hominum communibus plerumque abdicatur, quadrupedum refectibus idoneus relinquitur. Apud Romanos authoritatem non habuit. Vel bestiis dabatur, vel ignavis militibus ob alimenti tenuitatem. Strenuis ne daretur, cavebatur ob idipsum, Notante* Bruyerino lib. 5. d. cibis c. 7. Galenus *Olyrinis ac Typhinis friabiliorem dixit, quia lentoris prorsus est expers. Exiguum alimentum vescentibus ministrat, præsertim ex deteriore hordeo paratus. Ex optimo*

tamen factus propiùs ad triticeum in nutriendo accedit, quantò remotiùs recedit, ut
ex improbo, laxo, rugoso, exsucco, & levi fictus. Hic penè furfuraceo similis, & i-
tò dejicitur. Magis refrigerat, humectat, ac detergit, quàm triticeus, ut interdu,
tritico hordei aliquid admiscere ob usum Medicum non alienum sit. Succum e m
bonum & quodammodò detergentem præbet, etsi non validum. Sic etiam ptisan. ac
polentæ hordeaceæ ad refrigerandum in Medicis præscribuntur, & nusquam calefa-
re comperiuntur. Deterrimus panis ex hordeo fit, cui Achilleis nomen factum, ex
Athenæo Mercurialis l. 4. var. lect. c. 18. observat. Quidam pane hordeaceo
viventes morbo pedum & podagrâ carituros scripserunt, ut refert Brujerin l.
8. & l. 6. c. 9. Hoc si verum esset, non foret panificium hordeaceum in mensis re-
gnatum adeò abjectum, atq; ferè est, in tantâ præsertim podagricorum turba. Si res
vera est, tenuitati nutrimenti ex pane hordeaceo adscribendum: quâ tantum super
non suppeditatur, ut excrementitij quiddam ad materiam podagræ magnoperè sup-
ditare queat. Aristoteles pistores, molitores, & coctores hordeacea tractantes im-
becilles & decolores fieri, ac destillationibus infestari scribit: Ex adverso tritic
tractantes bono & corpulento corporis habitu esse. f. 21. probl. 24. Ratio sit
potest, quia triticum calidum est, hordeum frigidum. Calore ergò illud bonam c-
poris constitutionem juvat, hoc frigore minuit. Et multum nutrit panis triticeu,
parum hordeaceus. Non mirum, pistores triticeum sæpè edentes succulentioris c-
poris esse, quàm qui hordeaceum. Et hic facile friabilis est, penè ut in pulverem -
lutus recedat, sic non magnoperè alimentum glutinis defectu suppeditat. Alv
autem faciliùs triticeo subit, quia minùs cohæret, & sic fluxiones alvi crebriores s-
peditat, quas de fluxionum voce intellexit Aristoteles. Flatus etiam discutere c-
ditur. Idem Aristoteles l. d. mir. auscult. in Thraciæ partibus circa Pont
hordeum nasci ait, nulli animanti, quàm homini, edibile. Cætera animalia ne ster-
ra quidem hominum hordeo isto vescentium attingere, ut quæ devorata certum ipsis -
teritum concilient.

44. Panis furfuraceus est panis fermentatus sordidus, ex furfuribus m
aut farinæ mistis ut materiâ paratus. Græcis αὐτόπυρος & συγκομιστός, Gale
πιτυρίας est dictus. Gellius furfureum vocat. l. 11. N. R. c. 7. Ciceroni cibari
dictum putat Moreau in Salernitanos com. p. 228. de quo t. 42. dictum. E-
stremus sordidorum panum hic est, ater, & quem, nisi urgente inopiâ, edi non vid-
mus. Omnium levißimè alit, quia farinæ glutinosæ, in quâ vis nutriens consisti,
nihil aut parum habet, quæ deberet in stomacho adunari: sed citißimè solvitur, & p
alvum ducitur. Habet enim furfur nonnihil facultatis abstersoriæ, quâ irritatis in-
stinis velox fit ejus dejectio. Vide Pet. Milon Archiater Henrici IV. Regis Gall
in jentaculo atrum semper panem sumpsit ob lubricandam alvum, notante More
in Salernitan. p. 262. Succum parit melancholicum, & nutrimenti parũ, ac no-

. Ex Lithvaniâ & Poloniâ rusticorum panis nigerrimus, crassissimus & ingratis-
us ex secali, hordeo, unà cum furfuribus polline confusis constat. Furfuribus
pandi in viles & melioribus cibis indignos dicitur, quomodo sues furfuribus ali-
s. Plau. in Capt. a. 4. f. 2. Tùm pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues.
ministris quidam furfuraceos panes apponunt, undè per furfuraceam massam cibū
o redditum innuit Aristophanes, cum in εἰρήνῃ ait: Mazam sine morâ po-
pone cantharo. Sic enim ut nascuntur, sic & aluntur canthari, quos aliàs sca-
eos dicimus, ut Erasmus in prov. illo notat. Lugdunenses in Galliâ panem
endam conficiunt, qui illis secundæ notæ, & furfuribus cum polline magnâ ex par-
confusis constat, eum appellant ephemerum. Parum ab autopyro Græcorum recedit.
furfures iidem ephemera vocant, unde Lugdunensium ephemeri. Amplitudine in-
ni finguntur, & ad libram in pistrinis spectantur. Brujerin. l. 6. d. cibis c. 9.
cerosus panis est panis fermentatus sordidus, ex acere farinæ misto ut materiâ
ratus. Inter acerem & furfures interest, quòd hi crassiora, illi leviora & subtiliora
menti sint excrementa. In Commentariis decurionum Parisiensium panis quoddam
nus armatum vocari Brujerin. c. l. tradit, quod hoc acerosum non absurdè dici
tat, quia paleas, apludas, ac festucas contineat. Apludas autem frumenti furfures
teres rusticos dixisse Gellius c. l. testatur. Nonnullis canicaceus dicitur, à ca-
is, quas crassiores furfures vocant. Et hi sordidi panes sunt, quos nemo, nisi vilis-
nus, aut gravi ingruente annonâ, comedit. In quibusdam familiis ad alendos ca-
s tales panes coqui solent. Augustus secundarios panes maximè apetiisse dicitur, Vt
veton tradit. Vide §. 42. Vnde fieri potuit, ut Romæ etiam frequentiores essent,
m regis ad exemplum orbis componi soleat. In Aethiopiâ sub ditione Abyssinorum
rincipis acerem secalinum tantæ magnitudinis tradit Majolus p. 1. dier. Can. f.
.. ut tecta ædium indè tegere queant, eaq; tegumenta ad annos 80. & 90. durare
mpertum sit. De miliaceo, pisaceo, avenaceo, castaneaceo pane t. 13. 14. inter im-
oprios actum. Interdum lolium pari admiscuerant, unde polenta amentiam ac pro-
ndum somnum inducent. V. Wierum l. 8. d. præstig. c. 17.

45. Fuit Panis fermentatus secundarius. Primarius est, qui ex meliore
teriâ & in lautiorum usus paratur. Vt triticeus, siligineus, similagineus, alicari-
. Triticeus est panis primarius, ex tritico, ut materiâ paratus. Tritici voce
neraliter interdum omne frumentum ex spicis tritum ac trituratione repurgatum in-
lligitur. Vt l. 45. Digestor. t. 1. l. 94. & Codicis l. 4. t. 32. leg. 16. patet.
ic specialiùs pro præstantissimâ frumenti specie sumitur, unde panis confici solet. De
. Stob. Flud: c. 15. Anatom. c. 10. l. 10. vide. Differentias sortitur varias.
ex loco, in quo nascitur, dicitur Africum, Ponticum, Assyrium, Thracium, Sicu-
m, Italicum. Ex modo proveniendi aliud serum, aliud præcox, aliud amplum, a-
ud jejunium vocatur. Columella l. 2. c. 6, tres ejus species recenset; Robus,

quasi robeum, quod veteres dicebant pro rubeo, quod pondere & nitore rubeo præst-
ret: Siliginem, quæ mollior, leniore medullâ, laxior & candidior: Et trimestre
setanium, trimenon & hornotinum, quod vere satum æstate nascatur. Galli Mar-
um vocant, quòd Martio mense seratur. Plautus de Setanio, Trucul. a. 5. N
n. possunt militares pueri setanio educier. *Sed quid ibi setanium, variè d-*
quirunt Philologi. V. Taubman in h. l. *Fortassè vult meretrix, non posse u*
re, quamvis grata, præcox, utilis, qualis se tantum in tritico, militarem puerum ed-
cari: Sed longè pluribus *esse opus, cibis, vino, igne, carbonibus, fasciis, cunis, ol*
farina, quæ ibi recenset. Et minam à milite oblatam parum nimis ad multa comp-
randa ait, unde miles adhuc unam additurum promittit. Aliæ differentiæ tritici
viribus, formâ circumstantiis, sumuntur, & apud rei frumentariæ scriptores excu-
untur. Optimum illud censetur, quod durum, densum, grave, lucidum, flavum
subrutilum, quod tritum multum farinæ reddit. Hoc enim valde nutrire potest.
licatissimum Italia habet, cui nullum candore & pondere se comparaturum Plini
asseverat l. 18. c. 7. *Vnde quidam Scriptores vini ac frugum dulcedine illectos Gal*
Alpes superavisse, & in Italiam se effudisse, tradiderunt. Vt Livius l. 5. dec. 1.
33. Plutarchus in Camillo. Plinius l. 12. N. H. c. 1. *Sed ex famâ hæc tradu*
Authores, non ex liquidâ veritate. Vnde, ajunt, fama est, fertur, fere adduut.
quo pluribus disceptantem videris Magium l. 3 miscel. c. 12. *Ad Aethnam Sici*
montem obscurum quoddam antrum esse tradit Aristoteles l. d mir. auscu.
quò Proserpinam Pluto rapuisse feratur. Ibi triticum reperiri, nec domestico,
importato simile, sed peculiari proprietate insigne, quo argumento primùm omni
illic triticum conspectum esse incolæ contendant, ac proinde Cererem ut apud se nata
sibi vendicent. Sopater *Erethriam Eubææ civitatem* λευκάλφιτον *seu candidâ i*
signem farinâ dixit, quòd mazæ candore præstantissimæ proferrentur. Archestr
tus, *colore quodam Poëtico Lesbon ætheriâ niue candidiorem farinam ferre scrips*
Siq; farinâ vescantur Dii, ad coemendam illuc ire Mercurium. Cæteram farinam p
illâ velut γίγαρτα *vel uvæ acinos videri.* Cælius Rhodig. l. 9. A. L. c. 12.

46. Panis triticeus *convenientissimus est nobis, plusq; nutrimenti suppea*
at, quàm ullus alius, hordeaceus, secalinus, aut furfuraceus, si cætera pariter se h
beant. Cujus rationem assignat Aristoteles s. 21. probl. q. 2. *Quòd moderata*
visciditatem habeat, cujus beneficio Corpori facilè agglutinetur & consolidetur, cu
hordeum magis sit friabile & dissolubile. Quæ autem facilè conteruntur, alimen
tum tàm firmum & durabile non suppeditant, ac quæ cohærent. Deinde calor, q
in tritico est, proportione temperamento humano respondet: & si intensior videat
esse, aquæ additione longaq; subactione diluitur, ut minuatur. Sic minutus remane
familiaris nobis mitisq; evadit, & placida caloris qualitas velut ad lucrum usus nost
accedit, cujus ope caloris nativi opera adjuta promoventur. Glutinositas *etia*

nim

[...]imia tritici aquæ liquiditate quasi castigata diluitur, fermento emendatur, ut residua [...]ntositas alimenti durabilitatem suggerere queat. Vnde ex triticei congruo usu de-[...]erdita substantiæ iustissimâ & qualitate & quantitate per totum plena instauratio [...]ccedit, & calor ex temperato usu exsurgens vitæ longè magis commodabit, quàm si [...]antundem frigoris invehat. Succi & sanguinis alibilis tantam bonitatem producit, [...]t non solùm per se optimum nutrimentum suppeditet: sed & velut aliorum condi-[...]mentum vitia ciborum emendet, virtutes juvet, ac digeri faciat; ut merito de eo di-[...]cum: Cum pane futura omnia salubria. Hordeum ex adverso rigidius, frigi-[...]ius, dissolutius, adeoq; minùs nutrimenti suppeditat. Medicinas ex tritico Plinius [...]er sequitur l. 22. c. 25. Candidus panis ægris aquâ calidâ frigidâve madefactus le-[...]issimum cibum præbet. Qui parentes liberos arguti ingenij & intellectus generare [...]ntendunt, tali pane uti debere tradit Æschacius Major in Scrutin: ingeniorum, [...]. 22. p. 671. Qui albus & ex flore farinæ confectus, ac cum sale pistus sit. Frigi-[...]um eum & siccum esse, partesq; admodùm delicatas ac subtiles habere. Atrum hu-[...]midiorem esse, partesq; crassiores habere, & intellectui interitum causare. Salem au-[...]em inter mineralia optimum intellectum subministrare, frigidus enim & maximè sic-[...]us est. Vnde Heraclitus splendorem siccum animum sapientissimum dixit, Et sa-[...]em sapientiæ accipere vulgò dicimus. Scriptura etiam sale prudentiam & sapienti-[...]m notat, ut Matt. 5. v. 13. Et in sacrificijs omnia sale condita esse voluit, Lev. 2. [...]. 13. Triticum vel frumentum de Hinnith Ezech. 27. v. 17. memoratur. [...]uod Vulgatus frumentum primum reddidit, cum propriè [...] Minnith nomen pro-[...]rium Vrbis in Ammonitarum terminis non procul à Rabbath sita sit. Judic. 11. v. [...]3. Vt circa illam triticum selectissimum crevisse oportuerit, quod Tyro Iudæi inter [...]lias merces advexerint.

47. Quæritur hîc 1. Cur panis candidus & delicatus magis nutrit [...]tro, sordido, furfuraceo? Vel quia candor ex medullâ frumenti purioris est, [...]tror & vilitas ex crustâ & cortice; Vel quia subtilis magis attrahitur ad membra [...]b conformitatem Naturæ & caloris, quæ in calore consistit; ater autem similitudi-[...]em illam non habet, ob furfures & aceres, qui frigidi & sicci sunt, adeoq; magis à [...]membris viventium refugitur, quorum temperies & universa vita in calido & humi-[...]o consistit; Vel quia candidus diutiùs moratur in membris, cum Natura magis avi-[...]a in ejus, tanquam suavis cujusdam, retentione sit: vilem citò egerit, & furfures [...]iquidiùs per alvum defluunt. t. 44. Ideò tàm durabile & copiosum nutrimentum [...]are non potest. Dices: Ater panis est crassioris & solidioris substantiæ, quàm [...]andidus. E. & copiosiùs nutriet. Sic caro bubula solidiùs nutrit, quàm pulli, quia [...]olidioris substantiæ. R. Quò quid solidioris substantiæ, eò copiosiùs nutrit; sc. si [...]bsolutè sic nutribile quid, & cætera sint paria, ut nihil obstet. Aliàs multa satis [...]olida sunt, quæ tamen minùs nutriunt, ut lapides, metalla. Sic panis ater,

 etsi

esse crassioris substantiæ, quàm subtilis, minùs tamen nutrit, quia minus medullæ puræ habet, quæ in pane maximè nutribilis est. 2. Si ita copiosè salubriterq; nutrit triticum, cur si crudum sumatur, vel in farinam redactum, vel in ptisanam coctum; durum crassumquè est, pravè nutrit, imò plurimum damni vescentibus infert? *Ita alvos inflat, obstipat, & si nimium ingeritur, rumpit corpora. Ita equos tritico pastos sæpiùs insigniter in exercitibus afflixit.* Galenus *propriâ experientiâ edoctus triticum aquâ & sale coctum comedit, & ingentes ventriculi dolores & concoctionis difficultates persensit. Cumq; rusticos eo cibo in annonæ penuriâ utentes rogaret, quomodo talis cibus ipsis eveniret? flatus ventriculi ac dolores se sentire responsum tulit,* l. 1. d. alim. facult. c. de tritico. Ratio *est, quia calidum & glutinosum est triticum. Istis non temperatis aquâ, fermento, & diligenti subagitatione grave admodùm stomacho esse, variasq; noxas inferre, necessum est.*

48. Siligineus est panis primarius *ex siligine paratus. Siligo est purior, mollior, tenuior, ac à furfuribus optimè repurgata tritici pars, etiam flos tritici dicta.* Columella *inter secundam tritici speciem eam refert,* t. 45. Cardanus *cum secali confudit, falsò,* t. 42. Alij *olyram Græcorum fuisse putant, ut Gaza, & Dioscoridis interpretes, aliiq;.* Et Plinius *quidem arincam & Homero olyram dictam ait,* l. 18. c. 10. & l. 22. c. 25. *Arinea autem Gallicè dicitur, quæ Latinis siligo. Alij diversas fuisse censent. Ita Plinius alicubi distingvere videtur,* c. l. c. 8. Galenus *olyram frequentißimam in Asia fuisse ait, & rusticos panes ex illâ factos esitasse, triticum autem in oppida comportavisse. Ubi à tritico eam distingvit. Et ex olyrâ electa confectos panes post triticeos præstantissimos asseruit. De qua re latiùs disceptantem,* V. Brujerinu. l. 5. d. cib. c. 4. *qui parū hodiè constare arbitratur, quid sit siligo.* Plinius c. l. c. 8. *siliginem propriè tritici delitias dicendam ait.* C. 9. *lautissimum ex ea panem pistrinarumq; opera laudatissima vocat.* C. 11. *Summam panis laudem siliginis bonitate & cribri tenuitate constare dicit. Mensi Romanorum summæ erat authoritatis, & proceribus apponebatur siligineus panis.* Juvenal. sa. 5. Sed tener & niveus molliq; siligine factus servatur Domino; dextram cohibere memento. *Plinius de hoc aut simili pane* l. 19. c. 4. *E frugibus quoq; quoddam alimentum sibi excogitasse luxuriam, ac medullam tantùm earum, superq; pistrinarum operibus & cælaturis vivere,* alio pane procerum, alio vulgi, *tot generibus usq; ad infimam plebem descendente annonâ.* Galenus *purissimum & primarium Romæ panem & apud alias gentes, quæ Romano Imperio tenebantur, siligineum dixit.* Scaliger *totam Italiam novisse siliginem ait, ex quâ factus panis candore omnes antecellat. Esse Græcorum Zeam, Lombardorum Speliam, Carnorum algam. Alicam ex ipsâ apud veteres confectam,* ex. 292. f. 1. *Amylum ex eâ conficitur, quod alij ex tritico trimestri faciunt, quod præstantißimū in Chio insulâ extitit.* Plin: l. 18. c. 7.

49. Panis similagineus *est panis primarius ex similagine paratus. Simila vel similago, Græcis σεμίδαλις, σιμαλις, à Cerere, quæ Syracusiis Σιμαλις dicebatur, est farina delicatior s. flos & delitiæ farinæ triticeæ. Ad varios mensarum usus & olim, & hodiè est usurpata.* Martialis l. 13. ep. 10. *de ea:* Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus, Pistori toties cum sit & apta coquo. *Panes lautissimi, placentæ, bellaria multiplicia & jucunda ex eâ parantur. Romæ ex tritici Africi, quod summæ erat authoritatis, farinâ cribro tenuissimo electissima similago à polline secernebatur, ita ut ex polline restante secundariam velut similam elicerent, & crassiorem rursùs pollinem à furfuribus laxiore incerniculo secernerent. Optima similago tritici bonitate, molæ accuratione, & cribri tenuitate constat.* Galenus, Ælius, Paulus, *aliiq; Medici similaginem crassi succi & lenti esse ajunt, sed validè nutrire. Quæ ex eâ conficiuntur panificia, & placentæ, tùm crassi succi & validi, tùm tardè ventrem subire constat.* Galenus *iis, qui victu attenuante opus habent, noxiam esse affirmat. Alij similam, tritici præsertim, bonum nutrimentum præstare, multumq; nutrire ajunt, ut* Razes. l. 3. ad Mansor. c. 3. Moreau: in Salernit. s. 2. c. 2. *In alendo secundas partes tenent panes similaginei. Ex agro Neapolitano ac Campano in Galliam deportatur farina tenuissima, quàm semolam vocant, quasi sine molâ factam. Hanc Medici ex jure Gallinaceo aut alio ægrotantibus in cibos exhibent, & alimentum probum præstare, ac facilè in ventre perfici prædicant, notante* Brujerino l. 5. de cib: c. 6.

50. Panis alicarius est panis *primarius ex alicâ paratus. Alica ab alendo, ut* Festo *placet, dicta, est tritici vel farris tritico similis species, leniorem, quàm triticum, succum habens. Hordeum & alicam maximè nudam inter frumenta tradit* Plin: l. 18. c. 12. *Olim panes ex eâ confectos* c. 11. *tradit, inquiens:* Durat sua Piceno in inventione *panis gratiæ, ex alicæ materiâ. Eum novem diebus macerans: decimo ad speciem tractæ subigunt uvæ passæ succo: postea in furnis ollis inditum, qua rumpantur, ibi torrent. Neq; est ex eo cibus, nisi madefacto: quod fit lacte, maximè mulsa. Ex Zeâ fieri scribit, quam semen appellârit. Tria ejus genera ex grano tuso fieri, minimum, secundarium, & grandissimum, quod aphærema appelletur. Admistam ei etiam cretam esse, quæ colorem & teneritatem attulerit, & in corpus transierit. Sed hanc utentibus pestilentem fuisse dubitari non debet, cum sanguini faciendo & concoquendo prorsùs sit inepta. Avaritiâ & imposturâ vendentium inventum, ut id minerale alicæ misceretur. Hi utilitati magis, quàm salubritati solent consulere. Vnde ad calcem capitis candorem ei pro certâ lactis incocti misturam conferre* Idem *tradit. Hoc sanitati fuerit convenientius.* Lib. 22. c. 25. *rem Romanam alicam vocat, & nonpridem excogitatam: aliàs non ptisanæ laudes scripturos Græcos ait. Nondum Pompeij M. ætate in usu fuisse arbitratur, & ideò vix quidquam de eâ scriptum ab Asclepiadis Scholâ. Apud* Atheneum l. 3. c. 15. *inter cæ-*

tera panum genera & alicarij panis est mentio, quem ex Zeâ parari ex Tryphone Ale
xandrino tradit. Apud eundem c. 18. Philistion Locrus panes similagineos mag
ad robur conferre asserit, quàm alicarios, secundo loco hos collocat, tertioq; triticeo
Cor. Celsus. l. 2. inter genera frumenti & alicam refert, & elutam imbecillissim
annumerari tradit. Sorbitiones & pulticulas ex eâ fieri, easq; nutrire, sed imbecill
esse. Alicam cæteroquin boni succi esse, & elotam stomacho aptam. Quidam alica
Romanam eandem cum chondro Græcorum fecerunt, alij diversam posuerunt, de q
disceptat Brujerin. l. 5. d. cib. c. 12. Si Chondrus Græcorum alica sit, long
antiquior est, ac Plinius tradit loco antè citato. Sed diversam à Chondro Græcoru
esse credibilius est. Aliquid hac de re & ap. Mars: Cagnatum l. 3. Var: Lectic
c 1. legi potest. Palladius l. 7. rei rustic. alicam ex hordeo tradit. Sed forta
sè in titulo erratum, & pro alicâ polenta scribendum fuit. Martial. c. l. ep. 6.
alicâ: Nos alicam, multum poterit tibi mittere dives, si tibi noluerit mi
tere dives, emo. Hæ potiores panum propriè dictorum sunt species, infer
mentatus & fermentatus, & hic vel primarius, vel secundarius. Reliquas panu
rationes, ut miliaceos ex milio confectos, paniceos ex panico, fabaceos, ex fabi
pisaceos, ex pisis, avenaceos, ex avenâ, radicales, ex radicibus, piscarios,
piscibus siccatis ut materiâ paratos, supra inter leguminosos & improprios, non fru
mentaceos, rejecimus. s. 2. §. 13. 14. Avenaceus etsi ex frumenti quadam specie pa
retur: Quia tamen frumentum istud in cibum equis usitatè cedit, non hominibu
nisi legis expers necessitas diversum quid præcipiat; rectè & hic inter inusitatos adeo
improprios panes referri meretur.

51. Hæ potiores panis proprij divisiones Ex alijs accidentalibus conditi
onibus & requisitis, parandi modis, partibus, quibus constat, varias adhuc sort
tur divisiones. Ex conditionibus accidentalibus dividitur panis vel ration
loci, unde vel panis paratus, vel frumentum ejus defertur, Ut panis Eresius, Theba
nus, Cilicius, Cappadocius, nam Cappadoces optimi panum Magistri erant: Atticu
nam & his egregij panes, Cyprius, etiam in Cypro panes egregij, ap. Athenæum
3. c 15. Apud Francones Tettelbacensis & Gemundanus in delitiis est, ap. Serari
um in c. 5. Josuæ. q. 34. Apud Wetteranicos Hanoviensis, quem Italicum v
cant, in pretio est. Parisiensibus Gonetianus panis, Gonetij in pago milliaribus ali
quot ab urbe distante coctus, delicatus habetur ob suavitatem & salubritatem, qua
ab aquis ibi salubrioribus, quàm apud Parisienses sunt, obtinere creditur. Apud n
panem Schotlandicū, qui in suburbio Schottland paratur, pretiosū sapidumq; censemu
Vel ratione modi coquendi, unde apopyrias, ipnites, escharites, epanthiacis, en
cryphias, clibanites, & cribranites, quòd in clibano coctus sit. Optimū clibanitam ce
fuerunt Veteres, qui & jucundis rebus & mollitie ita sit mistus, ut multam habe
ob delitias ad passum vinum coactus proportionem, ut Athenæus c. l. habet. Qu
dan

am elibanitas Veterum furnaceos nostros censent, ipnitas in parvis & portatilibus
urnis excoctos. Sed contrarium ostendit Mercurialis l. 1. V. L. c. 17. *quòd pa-*
es ipnitas s. magnis furnis coctos inferiores clibanitis s. parvis testis coctos asserat Ga-
enus, *quod illi non æquè intra atq; extra sint cocti, hi contrà: quòd parvi furni*
andiorem calorem ob eorum tenuitatem acquirant, cujus ratione exactior coctura pa-
s perficitur. Subcineritius, carbonarius, qui super carbonibus fit, qualis subcineri-
us apud Atticos, quem Alexandrini Saturno sacrificantes omnibus comedere volen-
bus in templo Saturni apponunt: Panis Speuticus *vel speuticius,* ἀπὸ τοῦ σπεύδειν
ctus, à festinando, quòd festinanter paretur, & celeriter perficiatur. Modum istius
nis Cato d re rust. c. 74. *tradit. Manus, inquit, mortariúq; benè lauata, farinã*
mortariũ indito aquã paulatim addito, subigitisq; pulcrè. Obfestinationem non addi-
r massæ fermentũ, aqua non calefit, post subagitationem nullâ morâ interjectâ pasta
ni committitur. Talismodi panis fuerit, quem Israëlitæ ex Aegypto educti ex massâ
-ymâ, & quam ob festinum egressum fermentare non licuit, sed infermentatam se-
m tulerant, parârunt. Exod. 12. v. 39. *Panis biscoctus, quòd binis vicibus co-*
atur, quò siccior minusq; putredini subjectus sit. Dicitur & buccellatus, Ammi-
o Marcellino excoctus. Hodiè & nauticus vocatur, quòd Nautis usitatus. Tur-
ad commeatus navium maximâ copiâ eum Epidamni, Naupacti in Eubæâ, & ad
um Thessalonicensem in loco, qui Volo dicitur, conficiunt. Soranzus in Otto-
an. c. 46. *Olim & milites eo usi. Cur minùs putredini subjectus sit,* f. 1. t. 24.
de. *Interdum biscoctus aliquis ex fatinâ, saccaro, ovis, coriandro & similibus pa-*
tur. V. Quercetan: p. 3. diætet. c. 9. *Sed hic inter improprios referri mere-*
r. V. ex. 4. t. 13. Vel ratione admistionis, *cum quædam panibus admiscen-*
r. Vt butyratus panis, crocatus, saccaratus, ovatus, piperatus, caseatus vel casea-
s, quem pueris commendavit Socron, ut eo vescerentur, ut Athenæus c. l. *notat:*
astus, streptitius, stäitites, tracta, tyron, laganum, Cnestus, thronus, quorum
ntio ap: eundem c. l. c. 16. *est, & quidam inter placentas rectiùs referuntur, de*
ibus t. 52. *De tractâ, quòd ad panum genera non pertineat, disceptat* Mercuri-
is c. l.

52. Vel ratione quantitatis *dividitur panis, unde magnus, parvus, me-*
ocris, dicitis. Ita Cilicius, Collabus, panis grandis magneq; quantitatis erat. ap:
thenæ. c. l. *Vbi* Platonem, Comicum *in Nocte longâ magnos panes & sor-*
los Cilicios vocare ait, dicentem: Deinde panes venit empturus, non puros
uidem, sed magnos Cilicios. *Ita &* panis Doricus, *quo nutritum Hercu-*
n Theocritus Idyll. 31. *narrat.* In prandio, *dicens,* carnes assæ pro cibo
nt Herculi, & magnus è canistro panis Doricus, qui probè satiare pos-
rusticum fossorem. *Apud* Athæn. c. l. *talis panis* μέγας καὶ ῥυπαρὸς *voca-*
r, magnus & sordidus, squallidus ac fuscus: Aristophani ἄρτος ναυίας καρβερὸς

& μεγας, solidus & magnus, qui saturare νεανίαν καὶ ἄνδρα φυτοσκάφο
juvenili robore virum & validum fossorem queat. Quidam *de Dorico pane nihil* l
apud Athenæum, vel Pollucem, vel Neapolitanum reperiri queruntur. Vt Hartun
d. 1. c. 6. *memor*: ap: Gruter. T. 2. th. Crit: p. 647. *Expressa mentio est e*
apud Theocritum: *Apud cæteros fortè involuta, & sub descriptione aliquâ.* - V
catur a. Doricus Theocrito, Vel *quòd Dores alloquendo vulgarem panem not*
vellet, quo usitatè illi utebantur: Vel *habito respectu ad Musicam Doricam, cu*
modum ἀνδρώδη καὶ μεγαλοπρεπῆ, *virilem, severum, ac vehementem fuisse, st*
nuitatem, magnificentiam, & tristæ quid præ se tulisse Athenæus l. 14. c. 10. *m*
statur, innuere Theocritus voluit, severè ac viriliter nutritum Herculem, non m
liter & delicatè. Apud Westphalos *adhuc hodiè panes atros & ingentes in usu q*
tidiano habent, quos fumo ac vetustate durant, ut famelico ventri solidius alimentu
subministrent. Lipsius C. 2. ep. 15. *de illis: Buccellas aliquot panis frango. A*
utinam panis! Sed reverâ, si colorem, si pondus, si totam faciem vidisses, pejera
de pane. Ater ille gravis, acidus, & formatus in massam quaternos aut quinos p
nè pedes longam, quam ego nec elevassem. Domannus in vindic. c. Lipsium b
castigaturus colorem subnigrum & flavescentem in pane suo agnoscit, quantitatem L
psij penitissimè negat Binos pedes longum esse: ternos pluresq́ ab uno gestari po
Quaternum quinumvê pedum panem per Westphaliam visum esse, ternûm pedu
mendacium vocat. Fidenter satis ab utraq́ parte. Non credo, ullum eorum rustic
rum panum omnium quantitatem aut vidisse, aut explorasse. Et Lipsius *cum em*
litione ait, penè: *Qua adhibita quantitatem exactè non respondere nôrunt, qui L*
tinæ Græcæq́ primoribus libarunt labellis. Westphalos sanè panes non magni nom
nis commatisvè esse vel illud vulgatum in Westphaliam jactum doceat: Hospitiu
vile, **franck Brodt/ dünn Bier/ lange Mile/** sunt in Westphaliâ, qui n
vult credere, **lauff da.** *Apud* Mesapios *in Iapygia panes ingentes confecti, u*
& festa nomine Megalartia de panis magnitudine appellationem traxerunt. Ap
Scolum Beothiæ præstantes magniq́ panes fiebant, unde & Cereris Megalarti & m
galomazi statua erecta colebatur. Cæli: Rhodigin. l. 9. A. L. c. 16. Vel
qualitate *panis divisionē sortitur, ut à colore, albus vel ater dicitur,* f. 1. t. 2
Vnde spongiosus, rarus, mucidus, recens, vetus, butyratus, escharites. Vel sapor
unde acidus, amarus, dulcis, dulciarius, suavis, jucundus, dicitur. Ad hunc pl
centæ *referri queunt, quarum quædam panis ob materiæ interdum modiq́ paran*
similitudinem plus analogiæ habent, Panesq́ dulciarij dici possunt, qui non ita com
munis usus, qualis panis aliàs est, ut testuaceus, similiaq́ & delicatius quid pa
sunt, unde ab eo distinguuntur. 1. Reg: 14. v. 3. *Interdum tamen & aliam à pa*
materiam habent, ut lac, lacticinia, ova, caseum, mel, lictucas, herbas, radices, qu
inter panes improprios numerari debent. Verè dicti panes non sunt. Apud veter

pla

lacentæ lactucariæ, vinariæ, mellitæ, in usu, fabaciæ, liba ex fabis confecta, quarum
entio ap. Athenæum l. 3. c. 17. *Vbi & aliorum generum Veteribus usitatorum*
eminit, ut phytæ, Cardamalæ, baracæ, tolypæ, Achillei, lilij, cribani, hygææ, quæ
ter sacra gustandi gratiâ præberi solita: amalogæa, de qua Hesiodus: Mazaq;
nolgæa, defunctæ lacq; capellæ, *pastoralem & robustam placentiam intelli-*
ns, quæ pastoribus vegetisq; hominibus competat. Plures species, ut infusas, ametes,
aconia, amphiphontes, basynias, attanitas, & similes l. 14. c. 19. *adducit. In*
ario Hellesponti ob panis inopiam optimas placentas olim comedere licuisse, ut &
mias placentas in delitiis fuisse addit c. l. Alexander ab Alex: l. 5. c. 21. *alia-*
m meminit, quæ Veteribus in usu. Quales Tarentinæ, Craßianæ, Siculæ, Clustræ,
iciæ, guttatæ, montianæ, mustaceæ, spiræ casëariæ. Fabaciarum Plin: l. 18. c. 12.
eminit. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis Dijs in sacro est,
ævalens pulmentari cibo, &c. *Nobis hodiè inter placentas legana, liba, scri-*
itæ, tortæ, testuaceæ, crocatæ, crepides, placentæ tortiles, obeliæ, taganitæ, enchy-
, similesq; sunt cognitæ, De placentis Demonax *rogatus*, an & Philosophus illis
escerετur? *Quid, respondit, an putas apes, stultis tantùm mellificare? Melle e-*
m condiebantur placentæ, saccari usu nondum reperto. Erasm. 8. appoth. §. 46.
Demon, *Alcibiades Socrati placentam aliquando misit. Eam irrisit Xantippe:*
u ergò, inquit Socrates, ne portionem quidem inde habebis. Athen: c. l. Pagi. *cu-*
sdam ex Demetrio Scepsio ibidem meminit, qui Placenta nominatus, stadijs 6. The-
s Phrygiis monti Placo subjectis distet. Diogenes Cynicus *cum aviditate magna*
acentam voraret, interrogatus quid ederet, panem, respondit, probè confectum. In-
cans, sibi esse ἐδέσματα, *quæ aliis sint* ἡδύσματα, *nec ullum se inter illa discri-*
en facere Ἐδέσματα *sunt alimenta, quibus necessariò utimur, ut exhaustas vire*
ficiamus. ἡδύσματα *sunt scitamento, quibus appetitum irritamus. Frugi bo-*
inibus placentæ ad oblectationem, panis ad nutritionem estur. Gulonibus & catil-
nibus volupe est, non alimentis, sed gulæ irritamentis ali. Hoc discrimen subla-
m cupiebat, Diogenes. Bion *non posse aliquem vulgò omnibus placere dicebat, nisi*
acenta aut vinum Thasium fieret. Hieronymus *ad Marcellam, non esse suaves*
ulas ait, quæ non placentam redoleant. De eo, quem cibus nullus juvat, Hic, dicē
let, ne placentam quidam libenter edit. Apud Senecam *de re gratissimâ proverbi-*
e dictum est, melle & placentâ frui. Ep. 53. Amicos incolumes cogitare
elle & placentâ frui est. Horatius *de Portio quodam*: Porcius infrà Ri-
iculus totas simùl absorbere placentas. *De placentis nonnulla porrò ap.*
asaubon. l. 3. anim. in Athenæ: c. 25. 27. 28. 29. *videri possunt.*

53. Vel ratione figuræ *dividitur panis, unde collix, boletinus, thronus, ro-*
ndus, teres, ovalis, quadratus, panis popanus, *dicitur. Sic noster panis quem*
eeq; vocamus, qua Gor: Becanus *idem ac genu notare ait, quod æternitatem dant*

esse dicit. V. Novarin. c. 10. Elect. n. 264. Popanum *describit Scholiastes A*
ristophanis πλακούντιον [i. πλατὺ καὶ λεπτόν, καὶ περιφερές, *placentulam latam*
tenuem, rotundam, quam mulieres Cereris festum celebrantes Deæ offerre solebant
bona fata & fortunam. Quam idcircò inter ἀναθήματα *recensuit.* Pollux l.
Onom. c. 1. *Ab Atticis eam* Φθοῖς *dictam fuisse* Favor. Camertes *in Lexi*
annotavit. πόπανον *autem* Vel ἀπὸ τοῦ πέπτω *vel* πέττω *dictum putant, c*
quo, maturo, pinso: Vel *à voce* ποποι, *dij, genij, quasi* τὰ πάντα διοπτεύοντες
omnia despicientes, quòd Dijs geniisq; sacræ istæ placentæ, illisq; in sacrificium offeran
tur: Vel *à popâ aut popax, qui in Veteri glossario immolator est, victimasq; ad ara*
alligabat, feriebat, & secespite Jugulabat. Alij *popam &* πλακοῦν καὶ πόπαν
molle & tenue instar placentæ, explicant, vnde popinæ, popinones, & popani pan
Persius sat. 6. *popam pro pingvi & obæso sumit:* Ast illi trematomento pop
venter. *Quasi venter pingvis instar popæ, victimarij ministri, qui hostiarum viscer*
bus bellè se farcire solebant: Vel pro guloso ventriq; dedito, quales etiam sæpenum-
rò istiusmodi homines erant. Ratione temporis *etiam panis dividitur, qui cert*
temporibus formatur. Vnde thargelos & thalisius, qui post messem è novis frugib
primus conficitur. Nonnullis sub carnisprivij tempus peculiares panes formantur,
spiræ, orbiculi, & similia, quæ extra id tempus vix in usu. Quibusdam sub paschal
tempus peculiares panum formæ usitatæ, quas liba paschalia vocant. Osterflad
unde in cantione Ecclesiasticâ canitur: Wir essen vnd leben wol in rechten Oste
fladen. *Aliis ingruentibus Calendis Ianuarijs panes exiguos pinsere solenne, atq;*
illis omen futuri status per sequentem annum ineptè capessere. Newjahrs kucher
Jahrbrödlein. *In V. Testa: novi panes ex primo frumento cocti in primitias Deo*
festo Pentecostes offerebantur. Lev: 23. v. 14. 16. 17. *Confer.* s. 1. §. 34. A mo
dis adhibendi usurpandiq; *etiam interdum panes dividuntur. Ita apud veter*
Panes gradiles *erant, quos* Turnebus *dictos putat, quòd in gradili templo ger*
publici viritùm distribuerentur. l. 26. Advers. c. 34. *Quod loco* Amm. Marce-
lini ex l. 23. *probatum dare cupit. Rectiùs* Franc. Juretus notis ad l. 1. Pru
dentij c. Symmachum Et Alstedius pol. sec: c. 18. t. 2. *dictos docet, qu*
populo curâ præfecti Vrbis & annonæ publicæ è gradibus dividerentur, qui in una qua
regione Vrbis Romæ ad pistrina publica erant. Ita Prudentius l. 1. c. Symm: I
quem panis alit gradibus dispensus ab altis. Et l. 2. Quæ regio grad
bus vacuis jeiunia dira *sustinet? aut quæ Ianiculo mola nota quiescit? Similit*
Cassiodorus l. 9. Var: lect. ep. 5. *Hæc igitur vota damnantes præsentes direx*
mus portitores, ut sive in gradu, sive in alijs locis frumentorum condita potuerint in
venire. In Jure Civili *in antiquo* Codice Theodosiano l. 14. titulus 17. d
de annonis civicis & pane gradili. Vbi explicationem panis ex antiquo Codice supp

itat Cuiacius l. 10. Cod. hodierni, tit: 26. de conditis in publicis horreis, Et
Prudentium, Caſſiodorum, & antiquum Codicem Theodoſianum allegat.
imiliter panes civiles Veteribus erant, quos Conſtantinus Imper. Scholis dede-
it, universìm, non ſingillatim. Poſtea à Theodoſio, Arcadio, & Honorio ſingulorum
neritis viritim aſſignari ſunt juſſi. Vnde & hereditariam transfuſionem, & extrane-
m eorum diſtractionem conceſſerunt. l. 11. Cod: t. 24. de annonis Civilibus. Vt
luribus diſceptat Cujacius in h. l. Ita panes quoſdam Palatinos dixerunt in ju-
e, quos Conſtantinus M. populo erogari juſſit, vel quòd è palatio erogarentur, vel
uòd Palatinis præberentur, quod probabilius æſtimat Cujacius ad l. 11. Cod. tit.
4. l. 1. Vbi & alios militares fuiſſe addit, qui militibus præberentur: alios po-
ulares, qui populo. Etiam panem quendam ſpoleum apud Antiquos dictum ex
Philetâ tradit Athenæus l. 3. c. 16. quo ſoli conſangvinei inter ſe veſci ſint ſoliti,
ea alienos in participationem ejus admiſerint.

54. Ita variæ diviſiones panis ex accidentibus fuerunt. Ex partibus di-
iditur panis proprius in medullam & cruſtam. Medulla eſt interior & mollior
anis pars, cruſtis ab utraque parte obducta, potiores vires in alimentando obtinens.
 medio dicta, & ad analogiam medullæ in oſſibus nomen habens. De altrice ejus vi
.25. aliquid tactum. Cruſta eſt exterior & durior pars medullam ab utraq; parte
egens, & minus laudabile alimentum ſuppeditans. Vnde Salernitani: Ne come-
las cruſtam, choleram quia gignit aduſtam. Retorrida enim nimisq; exſiccata-
a deſiccat, humiditates abſorbet, & calorem acuit; unde acrimonia conciliatur, &
ngvis aduſtus, ex quo conſequenter morbus ſine febre acutiſſimus & periculoſiſſimus
xſurgit, qui cholera Medicis dicitur, commune ſtomachi & inteſtinorum vitium,
n quo ſimùl & dejectio & vomitus eſt, & præter hoc inflatio, inteſtina torquentur,
&-bilis ſuprà infraquè erūpit, ut eũ deſcribit Corn. Celſus l. 4. c. 11. Non tamen
ruſta abſolutè ſemperq; eum morbum producet: Sed ſi ex aduſtione nigra fuerit,
etus, muceſcens, & nimiâ copiâ corpori ingeratur. Vnde Nobiles, qui naturâ bili-
ſi ſunt, eoſq; imitati Eccleſiarum proceres, qui ſedentariæ vitæ maximè vacant,
ndeq; bilem facile colligunt, utramq; cruſtam reſecari ſibi à pane curant, ac me-
ullam è pane eligunt, quæ celerius, melius, ac firmius præſtat alimentum, ac cru-
ta. Qui tamen valetudinis firmioris ſunt, & ventriculum habent humidiorem, ac
xtenuari cupiunt, cruſtâ poſt cæteros cibos uti poſſunt, nam præſumptos cibos deor-
ùm ſubducit, & ventriculi orificium roborat, & velut concludere facit. Cruſta du-
lex eſt: Superior, ἀττάραγος, Latinis betta vel becta dicitur. Quamvis
roprie non ipſa cruſta, ſed puſtulæ vt ignis in eâ protuberantes ſic dicantur, quas
βύχας nonnulli vocant. Inferior ſpeciale nomen, quo diſtinctè appelletur, non
abet: à puſtulis tamen in illâ etiam protruſis, quas Græci ψυθίας vocant, ψυθιά
ici queat. Pejor eſt ſuperiore in edendo, ob ſordes, cineres, carbones, quos interdum

M 3 adhæ-

adhærentes habet: Et majorem duritiem, in quam plerumq; concrevit. Hæc etiam de divisione panis in partes universìm de Naturâ panis disceptata sunto.

AVCTARIA.

Ad *t.* 26. *p.* 38. *f.* 1. hoc adde. Confer & de usu Panis medicamentoso cum alijs junctis *Kunrathum p.* 2. *medul. destillat. Tract.* 13. 14. 15. Vbi varios usus Medicos Panis invenies.

Ad *t.* 28. *p.* 41. *f.* 1. hoc addatur. *Salem cū pane* jejunij temporibus comedere soliti sunt Christiani majores nostri, ut apud *Epiphanium l.* 3. *de hæresib.* videre est. Montanistæ hæretici pane solùm & sale, ac leguminibus vescebantur, & aquam bibebant, *Tertullian. l. d. jejunio.* Subditi Presbyteri Iohannis per tempus quadragesimæ solo pane & aqua pro cibo utuntur. Et Clerici eorum quidem: Cæterum vulgus leguminibus & fructibus tùm vivit, *Rauwolf. l.* 3. *Itin. c.* 17. Hoc justiùs jejunare vocetur, quam Papistarum, omnis generis piscibus & generosissimo vino se implentium.

Ad *the.* 31. *pag.* 49. *f.* 1. de pane lapidoso hoc addatur: Sic Jllustris quidam vir de hodiernâ Philosophiâ: Panem lapidosum porrigit, qui dentes frangit, aculeatisq; nugis fatigat ingenia. Apud *Comenium in Prodrom Pansophiæ p.* 12.

Ad *eandem p.* hoc addatur: *Panem pollutum comedere, Ezech:* 4. *v.* 13. quidam panem ex diversis seminibus pistum explicant, qui abominabilis Deo, ut ager vario semine mistus *Lev.* 19. *v.* 19. Sed quia de tali pane nil in sacris, rectius is *pollutus* ob stercoris humani fœditatem & fœtorem dicitur, quo parari debebat *v.* 12. 15. Stercus enim abominatio Deo erat, *Deut.* 23. *v.* 13. Indicat, præ fame eos in obsidione similes panes sordidos comesturos, quos aliàs abominatur homo. *Ibidem v.* 9. Triticum, hordeum, lentes, milium, fabas, & speltam sumere, ac ex illis panes formare jubetur. Eaq; omnia miscere & confundere, ut viles & necessarios tantùm panes, non voluptarios comedat, & indicio Iudæis sit, tanta egestate eos pressum iri, ut non delitias, sed panem etiam vilissimum, & ex lentibus, viciâ, fabis, confectum desideraturi, & comesturi sint, cujus sapor delicatus esse nequeat. Ita postea *v.* 12. subcinerium hordeaceum comedere jubetur, non in clibano coctum, ut aliàs solet, sed sub cineribus tostum, statimq; devorandum. Sic *c.* 12. *v.* 18. 19. dicitur panis conturbationis, & aqua mœroris. *Panem angustiæ dare, Esai.* 30. *v.* 20. Vel panem arctum, ut *Vulgatus* reddidit, est panis restrictus & modicus, qualis in angustiâ & oppressione pro necessitate

no

ion abundantiâ aut voluptate, ſuppeditari ſolet, ut eſuriem tantùm mpleat, non delitijs ſubveniat. *Tropice* per panem arctum *quidam* in- elligunt Evangelium, quod brevis doctrina longis legis præceptis uccedens ſit, & carnem mortificare, crucem ferre, ſeipſum abnega- e, & pro Chriſto ardua pati doceat, Sicq; panis velut afflictionis ſit. *Quidam* Chriſtum, qui panis de cœlo deſcendens ſit, & ad corpus in- antile, præſepe, & crucem ſe arctârit, ac cum labore & ſudore inveni- tur. *Quidam* paupertatem, famem & penuriam, quâ panis copia arcta- ur, & neceſſariorum commoditas fathiſcit.

Ad *t*. 39. *p*. 59. *ſ*. 1. hoc adde, In hac terrâ Pruſſiacâ panis & an- onæ caritatem ſi quis deſideret, Anno 1312. ſub Carolo Beffart, Ma- no Pruſſiæ Magiſtro, exemplum ejus inſigne habet, vbi *modius frumen- i* 18. *marcis* veniit, bruta inſolita, cadavera ſuſpenſorum, ſepultorum, liorum, in cibos rapta, & per triennium penuria duravit. Poſt tri- nnium tanta frumenti vilitas, ut laſta (60 modij,) tribus marcis e- neretur. *Schutzius l.* 2. *Chron. Prut. p*. 57. In ſacris tria inſignia & ex- raordinaria ſanctorum jejunia per 40 dies habemus. Moſis, *Exod*. 34. , 28. *Deut*. 9. *v*. 9. 18. Eliæ, 1. *Reg*. 19. *v*. 8. Et Chriſti, *Matt*. 4. *v*. 2. *uc*. 4. *v*. 2. Paulus in tempeſtate cum ſocijs per 14. dies ſe jejunaſſe nihil comediſſe dicit. *Acto*. 27. *v*. 33. Per quot dies hominem ſa- um naturaliter jejunare poſſe non facilè eveniet, cum ultra ſepti- um aut nonum diem nemo ordinariè jejunet, & vivat. Vnde *vel* er hyperbolen: id dictum videatur: quam à ſcripturâ alienam quidam enſent: *Vel* de plenâ per cibos refectione, quâ æger nil comediſſe icitur, cum ratione prioris victus perparùm comedit. Ita ipſi nihil er modum juſti prandij & ſtatè, ſed raptim & obiter comederint: *Vel* xtraordinariè ob ingens periculum factum oportuit, quo affectus af- ctum expellere ſolet. Sic conſternati memoriâ ſui velut excidunt, cq; agunt, quæ aliàs non agerent. *V. Tract. d. eſſe alicu ſ*. 1. §. 46.

Ad *th*. 3. *pag*. 69. *ſ*. 2. hoc adijce. *Vox mannæ* etiam interdum quã- is oblationem notat. Sic *Baruch* 1. *v*. 10. *Facite Manna*, i. e. oblatio- em Deo. Manna enim idem ac portio, ut *pag*. 70. dictum, quod & lem *Cornelius à Lapide Baruch c. l.* concedit, etſi aliàs diverſus in deri- atione Vocis Manna ſit, ut *c. l. dictum*: Ac ſic pro Mincha poſitum eſ- poſſit, quomodo LXX. Manna & Manaa pro Mincha vertere ſolent, t *Ierem*. 17. *v*. 26. *Dan*. 2. *v*. 46. Mincha a. oblatio propriè dicta eſt. Ex olocautomatis & thure oblationem Deo facere jubentur in Barucho.

Ad *t*. 38. *ſ*. 2. *pag*. 119. Hoc adde. Donatiſtæ Euchariſtiam cani-

bus

bus dare voluerunt, & ipsi ab ijsdem canibus discerpti sunt. 1
Optato Notat Bellarminus l. 4. Eccles. c. 14.

Ad *t. 33. s. 2. p. 112.* hoc adde. Cum de hostia Eucharisticâ ad d-finitionem nostram Panis applicanda potior hic difficultas sit, præt-ibi dicta & hæc nota. 1. *Definiri* Panem *d. 1.* Inprimis maximè propi-um, qualis usualis & usitatior est, & in eo definitionis verba inprim-urgenda. In Cœteris sufficere, si suo modo eam participent. Sic i-analogis definiendis facere solemus, ut ad potius analogatum intend-mus. 2. *Sæpè* in definitione generis esse, quod non ita rigidè in infe-oribus urgeri debeat. Sic Ens ab inferioribus, abstractum, primu-intellectus cognoscibile essentiâ præditum dices, quod in substant-& accidente cum prudentiâ quadam urgebis. Navis instrumentu-Mechanicum ad navigandum necessarium est. De singulis tamen sp-ciebus cum prudentiâ hoc intelliges, Cum alia longe magis possit esse necessaria, alia minus. Idem de *Pane fac.* Conf. *c. l. t. 33. Plura aliàs.*

GLORIA IN EXCELSIS DEO.